



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Beneficia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

bet, ut instruantur in articulis fidei, abstineant à commercio infidelium, & alia prout ibi.

Undecimò, an ista cognatio spiritua-
lis contrahatur inter omnem, & quem-
cunque baptizantem, etiam laicum, vel
fœminam, etiam in articulo necessitatis,
& ipsum baptizatum, patrem, & ma-
trem ipsius baptizati? Responderetur af-
firmativè, ita Conc. loc. cit. & Bulla Pii
V. quibus in locis fit mentio de bap-
tizante, nulla facta exceptione, & hoc am-
pliatur etiam in patre fornicario: sed
fallit in patre legitimo, & matrimoniali,
c. 1. de cognat. spir. lib. 6. & c. ad limina, 30.
q. 1. Navar. c. 16. n. 30. notab. 10. ver. inter-
rogatus, & c. 22. n. 40. notab. 3. ver. inter-
rogatus.

BENEFICIA.

SUMMARIUM.

1. Quotuplex beneficium, & quæ in impe-
ratione ipsius requisita.
2. A quibus conferri possint.
3. Quando conferri debeant.
4. Ad quid obligent beneficia.
5. Quo ordine, & quibus circumstantiis
conferri debeant.
6. Dum vacant, fructus & introitus cui
debeant applicari.
7. Quot beneficia possint obtineri, & pos-
sideri.
8. Quibus conferri debeant.
9. Quæ requirantur ad possessionem ca-
piendam.
10. Quibus verbis uti debeat prælatus in
collatione beneficii.

AD primum, quænam requirantur
ad hoc, ut aliquod dicatur bene-
ficium, vide Selvam 1. p. q. 1. num. 2. &
infra, & relictis multis more meo, quæ
possunt vocari beneficia, dico quòd be-
neficia.

Primò, alia sunt curata, alia simplicia:
quænam dicantur curata, vide *in ver. pa-
roccia, inferius*, §. 1. & Selvam loc. cit. q. 2.
per totum.

Secundò, simplicia dicuntur illa, quæ
non habent populum, vel clerum, &
quæ non habent curam animarum: &
beneficiati simplices dicuntur illi qui
non sunt canonici, Staph. de lit. grat.
fol. 71. num. 2. Selva loco citat. num. 47.
D. Anton. 3. par. tit. 15. cap. 1. §. & Selva
loc. cit. num. 48. ver. 12. gloss. in c. cum ad
hoc, *in ver. assisios, de cler. non resid.* licet
etiam canonicatus de cathedrali, etsi re-
quirat residentiam, tamen dicitur bene-
ficium simplex, Navar. consi. 97. de Si-
mon. & consilio secundo de injur. & dam.
dato.

Tertio, Capellanix sunt illa quæ ha-
bent aliquod onus celebrandi Missam
in aliquo altari, Staph. *ibidem* num. 27.
& interdum dicuntur beneficia servito-
ria, quando simul cum illo onere habent
adjuvare curatum, in cantando, & aliis
similibus in Ecclesia, arg. c. significatum,
de prebend. Staph. loc. cit. fol. 71. num. ter-
tio, gl. in Clem. unica, in versic. beneficio-
rum, ad 5. respon. Selva loc. cit. q. 3. nu. 10.
Gom. de expectat. num. 41. & 42. & q. 23.
de insir. resig. Abb. in capitul. recolentes, in
ver. altaria, de stat. monach. & Gom. q. 20.
de ann. poss. quod confirmatur à sacr.
Congreg. declarat. 222. in hæc verba,

Si capellania habet onus celebrandi certas missas, & coadiuvandi in cura animarum in Ecclesia plebanatus, dicitur requirere residentiam. Aliqui scribunt capellam cum uno p. quasi descendat à capella, quia pellibus capellarum fiebant sub dio; aliqui per duo pp. sed unde dicatur capella, & quænam sit, vide observationem Illustrissimi Baronii, in *Martyrol. die undecimo Junii, littera F.*

Quartò, beneficium monocolum est illud, quando prælatus solum illud habet ad conferendum, *dec. Rot. 13. de præb. in novis. Selva loc. cit. 3. p. 9. 11. n. 25. qualit. 13.*

Quintò, beneficium sæculare, vel regulare quando dicatur, vide *c. cum de benef. de præb. decis. Rot. 2. de præb. in novis. Selva loc. cit. à n. 39.* & quòd temporis curriculum sufficit ad probandam beneficium esse sæculare, vel regulare, ultra dictam decis. & Selvam, vide *Gom. de expect. à num. 67. & infra, & nu. 206.* & *Staph. de lit. grat. forma 8. à n. 1. & for. 10. nu. 2.* ubi concludunt ad probandum sæculare sufficere decennium, regulare vero quadragesimum. Verùm quomodo hoc intelligatur, vide *dec. cit. hic sunt nonnulla dubia, & primùm an regularis possit præfici beneficio sæculari eique dare in titulum.* *Selva 4. par. 9. 7. ver. 15.* dicit hoc posse facere Episcopum de licentia sui prælati, idem *Covar. c. 22. de testam. n. 2.* etiam si esset paræcialis, *decis. Rota 433. Staph. loc. cit. 136. num. 5. & fol. 80. n. 6. & decis. Rota 18. de præben. in novis.* sed hodie sæculus, *Conc. Trid. sess. 14. c. 10. de reform. Decis. Caputaqu. 85. & 223. par. 2.* idem censet de pensione. Secun-

dùm, an regularis possit habere in titulum beneficium regulare; responderetur affirmativè per *Concilium Trid. sess. 14. c. 10. de reform. prom. ibi.* dummodo sit processus in illa religione, cujus est beneficium regulare, aliàs non, & ita intelligitur de qualibet concessione facta regulari, *Rebuff. tit. de dispen. fact. cum irreg. num. 24. fol. 322.* *Oldrad. cons. 222.* adde quòd *Covar. cap. 2. num. 2. de testam.* intelligit *Concilium Trident.* de beneficiis simplicibus, & non de paræciali.

Sextò, beneficia manualia sunt illa, quæ non dantur in perpetuum, & ideo non possunt dici verè beneficia ecclesiastica, sed dantur ad tempus, & sunt amabilia ad nutum superioris, *Gom. de expect. num. 44. Staph. fol. 38. n. 29. Selva 2. p. 9. 11. n. 8.*

Septimò, præstimonialia, seu præstimonialia sunt quidam introitus, fructus, census, seu emolumenta, quæ ab initio fuerunt instituta pro studentibus, & pro subsidio contra infideles, *Gom. loc. cit. num. 39. Staph. fol. 17. num. 5.* & aliquando dantur in titulum, *gloss. Clem. fin. in ver. quodcumque, de vit. & hon. cler. & pro servitio alicujus Ecclesiæ, quod non potest fieri per laicum, aliquando pro subsidio, Staph. loc. cit. fol. 72. num. 5. Conc. Trid. sess. 23. c. de seminario.*

Octavò, beneficium patrimoniale quodnam sit, vide *Gom. loc. cit. n. 39. & 40. & Covar. præb. qq. c. 35. n. 5. & c. 36. n. 4. ver. similiter.* & ista beneficia patrimonialia cadunt sub indultis Cardinalium, & Ordinarii debent ea conferre filiis patrimonialibus, *Caputaqu. dec. 66.* Cardinales in hoc debent se habere ac se habent

habent ordinariū, cum per indultum subrogentur loco illorum, idem *decis.* 19. n. 2. & agens ad beneficium patrimoniale debet probare, se talem, ita etiam in iure patronatus, nec creditur Episcopo attestanti, talem esse filium patrimoniale, Rota *decis.* 11. *de iure patr. in novis.* Caputaqu. *decis.* 289. par. 2. sicut petens hæreditatem, debet se probare hæredem, idem *loc. cit. decis.* 320.

Nonò, beneficium juris patronatus, & hoc potest habere multis modis, ut dicam in *ver. ius patronatus*, §. 1. & est multiplex. Primò, ecclesiasticum, ut quando præsentatio ad illud pertinet ad personam ecclesiasticā, ratione Ecclesiæ. Secundò, quando pertinet ad personam ecclesiasticā ratione patrimonii. Tertio, competit personæ Ecclesiasticæ ratione Ecclesiæ, & laico simul. Quartò, quando persona laica illud habet ab Ecclesiâ. Quintò, quando persona ecclesiastica illud habet per donationem à laico, & in his omnibus solet derogare summus Pontifex, & Legatus de latere, ut patet *c. dilectus*, il. 3. *de præb.* & ibi *gl. in ver. ex ordinatione*, *gl. in c. dilectus*, in *ver. quempiam præsentare, de iure patron.* & *gl. in c. 2. ver. collatio, de præb. lib. 6.* Selva *loc. cit.* 3. par. 9. n. 11. & *infr. q. 4. num. 19.* Hostien. *hoc tit. in sum. §. in quibus*, num. 10. juxta medium. Sextò, quando est laicale, ut ex patrimonio, tunc non solet Papa derogare, etiam si vacet in Curia, alter quàm per obitum, Staph. *fol. 92. nu. 8.* & *fol. 98. n. 5.* Covar. *præcl. q. c. 36. num. 4.* & Staph. *fol. 17. n. 1.*

Decimò, hospitalia quænam sint, vide in *verb. hospitale*, & an, & quando veniant appellatione beneficiorum, vide

Clem. 1. & ibi scribentes, de præb. Gom. q. 2. de trien. possess. ubi dicit, quòd per dictionem, *quodcumque*, venit hospitale, *gl. in Clem. fin. in ver. quodcumque, de vita & honest. cleric. & Gom. q. 7. de trien. poss. Selv. 3. p. q. 57. per totā, & 1 p. q. 6. n. 26.*

Undecimò, Commenda potest fieri de non curato, & de curato beneficio, *gl. in c. nemo. & ibi scribentes, de elect. lib. 6.* & an hodie dentur in titulum, vide *Gom. qu. 5. de trien. possess.* ubi dicit, quòd sic, & *q. 5. de idiomate, & de expect. nu. 66.* & *q. 3. de infirm. resig. & q. 26. de ann. possess.* & an commendatarius dicatur in dignitate constitutus, vide *enod. in c. statutum, n. 79. in nova ampliatione, de rescrip. lib. 6.* & hodie pro majori parte sunt perpetui, & consequenter faciunt fructus suos, utuntur mitra, & baculo, ut vidit Surrenti, in Conc. provin. ubi sunt quatuor Abbatia commendata, & memini quendam Archiepiscopum, dum dubitaret, quia audivit leges civiles existens commendatarius, per *c. fin. ne cleric. vel monachi*, Papam Greg. XIII. secū dispensasse dum dubitabatur, ne incurrisset aliquam irregularitatē; vide Boer. *decis.* 217. & Capyc. *dec.* 3. n. 1. & vide Gem. in *c. nemo. ver. in ca. & gl. ibi non*, ubi dicit per illū text. & Doct. in illo, quòd commenda habet quandam attinentiam, vel affinitatem cum pralaturæ, per quā Ecclesia non dicitur vacare, sicut dicitur de præscript. & consuetudine, quæ sibi attingunt.

Duodecimò, dignitas quid sit, quor, quæ sint, vide Sylvest. in *ver. dignitas*, & Arch. in *c. 1. de consl. 5.* & quæ sit prima post pontificalem, vide *gl. in capit. de liberatione, in ver. electionis, in fine, de off. leg. lib. 6.*

lib. 6. & Staph. fol. 8. n. 9. & hoc deservire poterit prælatis pro intelligentia regulæ cancel. in qua reservantur summo Pontifici omnes majores dignitates post pontificalem tam in cathedralibus, quam in Collegiatis, & licet de jure sit Archidiaconus, tamen de consuetudine secus.

Ad dignitates assequendas, si curatæ sunt, requiritur ætas viginti quinque annorum, saltem incæpta, Conc. Trident. sess. 24. c. 12. de refor. §. nemo igitur, Gom. in c. statutum, n. 99. c. cum in cunctis, de elect. in dignitatibus verò, seu personalibus, non habentibus curam animarum, requiritur viginti duorum, Cõc. loc. cit. §. ad cæteras, quos sufficit inchoasse, Navar. c. 25. n. 116. Dubitatur. Primò, an valeat hoc decretum, etiam in dignitatibus seu personalibus Ecclesiarum collegiatarum, & videtur quòd sic, per verba Concilii, tamen contrarium censuit sac. Congreg. declarat. 262. ubi dicit decretum non habere locum in collegiatis, & hoc potest adjuvari jure communi, per c. statutum de elect. lib. 6, in quo non includitur, c. licet canon, eo. tit. §. lib. quoad parochiales collegiatis; similiter nec constitutus in dignitate archidiaconatus habente annexâ parochialem, tenetur dispositioni, c. licet canon, ut promoveri debeat infra annum, Boer, decis. 119. nu. 7. Secundo per c. licet canon, & c. commissa, eod. tit. §. lib. datur annus, ut quis possit promoveri ad ordinem presbyteratus, si affecutus est Ecclesiam curatam. Gemin. in d. c. ver. sed cum iustum. dicit textum non includere dignitates, Sed Concil. Trid. d. sess. 24. in dict. c. 12. requirit ætatem 25. ann. & quòd possit exequi mu-

nus suum, & innovat. c. cum in cunctis, de elect. ergo requirit dictam ætatem & ordinem, prout in c. licet canon, eod. tit. 4. 6. Dubium est, an sufficiat habere viginti tres annos cum dimidio; ut quia tunc est diaconus, & in fine anni attingit vigesimum quartum cum dimidio, & sic fieri presbyter, & videtur quòd sic, ut patet ex superioribus. respondetur tamen oppositum esse verius, ratio est, quia attenditur tempus datæ c. si eo tempore, de rescrip. lib. 6. & c. cum in cunctis §. inferiora de electione, accedunt verba clara Concilii dicentis, nisi quis saltem 25. suæ ætatis annum attigerit, Navar. loc. cit. Anan. in rub. de ætat. §. qual. n. 2, & Abb. in c. cum in cunctis, §. inferiora, n. 1. & 3. de elect. Dyn. in c. firmatur, n. 3. de reg. jur. lib. 6. facit quòd notat decisio Caputaqu. 127. p. 1. ubi habetur, quòd parochialis non debet commendari alicui, nisi constitutio in ætate legitima, & in sacerdotio, per c. nemo deinceps, de elect. & hoc in terminis dicit Gemin. in dict. cap. si eo tempore, ver. in ea glossa. in fi. Tertium an sint idem dignitas, personatus, & officium, ad hoc dico. Primò, quòd aliqui dicunt esse synonyma, per c. cum accessissent, de constitut. Secundo, vide Gom. in c. statutum, de rescrip. lib. 6. à num. 17. & infra, & Selva 1. p. 9. 2. num. 36. usque ad 44. & c. 1. de consuetud. lib. 6. gl. in Extravag. Execrabilis, in ver. duas. Staph. de lit. grat. fol. 10. à num. 2. & inf. & Selva loc. cit. num. 42. ubi dicit, quòd tria sunt quæ faciunt dignitatem, decis. Rot. 9. de prob. in novis Boer, decis. 286. Quarto, an Episcopus possit constituere novas dignitates in aliqua Ecclesia, vel cathedrali,

drali, sine auctoritate Apostolica, hic sunt duæ opinioniones, prima Innocent. referentis gloss. in c. *cum olim*, in ver. *concessimus*, de consuet. & Selv. prima p. q. 4. num. 18. & 4. q. 7. n. 20. *casu* 116. ubi dicit quod sic, quod confirmat ex Batt. in *tract. de Epis.* 2. p. libro 4. & ex speculatore in *tit. de dispensat. vers.* 107. Secunda opinio est gloss. in d. c. *cit.* imò tex. ibi. & in c. *cum accessissent*, eo. *tit.* gl. in c. in ver. *omnes*, 22. *dist.* & Selv. 2. par. q. 3. in 6. ver. 8. & gl. in *Clem. si.* in ver. *mensæ suæ*, de reb. *Eccles.* non alien. ubi habetur quod non, imò plus dicit ex mente Hostien. in d. c. *cum accessissent*, quod dignitas non confirmata per Papam, tolli potest de Ecclesia cathedrali per Capitulum ipsius, Abb. in d. *Clem. num.* 12. & in c. *transmissæ*, n. 5. de verb. *sign.* Ego censeo cum secunda opinione: ratio est, quia sic habui in factis, & sic responsum fuit ab Urbe, & quod dictum est de novis constituendis, idem in veteribus extinguendis, per dicta jura & glossas, Hostien. in *sum. tit. de constitut.* §. *quando constitutio*, n. 20. ver. *cum queritur*, dicit quod sic, & Innoc. in c. *cum accessissent*, eo. *tit.* n. 2. ver. *item Episcopus*, dicit quod sic, & ita potest praticari, & ita audivi praticatum fuisse ab Episcopo Stabiensi sive Castri ad mare, annis elapsis, nominato Antonio Lauro Neapolitano, qui habebatur pro magno canonista, & in sua cathedrali creavit multas dignitates. Quintò an Episcopus posset constituere novos canonicos, vel veteres extinguere, absque sedis Apostolicæ facultate, responderetur (relictis, quæ de jure antiquo dici poterant, per *cap. si.* & *ibi gl.* in ver. *ex revisse de*

verb. sign.) quod hodie per sac. Conc. Trid. *sess.* 24. c. 15. de *reformat.* habetur, posse Episcopum cum consensu Capituli propter tenuitatem introituum, prout ibi, & è contrario sensu, posse etiam novos constituere, Innoc. *ubi sup.* Caputaq. *decis.* 221, p. 1. vide Boer. *decis.* 62. n. 7. & c. *ex parte*, & gl. in 1. *notab. de constit.* & c. 1. & 2. de *instit. c. ex parte*, de *consec. prab.* & Selva 4. p. q. 726. ver. 115. & in creatione novorum canonicorum quomodo sit procedendum, vide Vinc. de Franc. *dec.* 2. num. 18. & 19. causa ob quam possit multiplicari numerus canonicorum, vel clericorum, ea etiam potest esse, quando Ecclesia habeat magnam quantitatem pecuniæ, vel introituum de novo advenientium, Gemin. in c. *si canonici*, §. *si autem*, *juxta fin. de offi. ordin.* lib. 6.

Decimotertio. Præbenda, & canonica pro majori parte semper inveniuntur annexæ, inter eum verò distinctæ. Innoc. in *cap. cum M. Ferrar.* nu. 2. de *const.* Gom. de *expect.* n. 2. Angel. in ver. *In magister.* §. 7. & *inf. decis.* Rot. 33. de *rescrip.* in *novis.* Staph. *fol.* 75. num. 4. & *fol.* 12. num. 1. & 2. ubi canonicus creatus sine præbenda, dicitur canonicus in herbis, & *fol.* 79. num. 2. & Gom. de *expect.* num. 37. & *c. dilectus*, il. 2. de *prab.* & licet iste canonicus sic factus gaudeat distributionibus quotidianis: de jure tamen, per contrariam consuetudinem hodie non gaudet, Staph. *loc. cit.* & istæ præbendæ distinctæ, solent dari à prælatis lectoribus sacræ Scripturæ in cathedralibus, Conc. Trid. *sess.* 5. c. 1. de *reformat.* & istis non debent derogari, idem Concil. Trident. *sess.* 25. *capit. quinto*, de *reformat.* & dicitur præbenda

præbenda theologalis, D. Tho. 2. 2. q. 200
art. 3. ad 3. arg. c. quia nonnullis cum sequen-
tibus, de magistris. Solet etiam dari laicis
præbenda, ut patet in cap. cum M. Ferrar-
iensis, & ibi gl. in verbo receperunt, de con-
stit. Selva 1. p. q. 7. num. 4. Gom. in c. si an-
num, num. 18, de iud. lib. 6. Navar. c. 25.
num. 119. Boer. decis. 171. & præbenda
quæ solet dari laicis, non est annexa rei
spirituali, cum sit mere temporalis, po-
test vendi absque labe simoniæ. Capu-
taqu. decis. 356. par. 2. facit. primum, de
consuet. lib. 6. Gemin. in c. fin. §. in præb. co-
tit. & lib. not. 1. ubi præbenda ponitur
pro canonicatu, & ibi canonicatus pro
præbenda.

Decimoquartò, Missæ celebrandæ in
aliquo altari, legatæ ab aliquo, de his fuit
consulta sacr. Congreg. Card. num. 322.
& respondit in hæc verba: *Dubium*
fuit quid iuris de illis, qui nullum habent
beneficium, sed solum iure legati relictum
fuit a quibusdam, ut certa missæ in hebdo-
mada celebrentur, & hæredes eorum fece-
runt electionem sacerdotis, qui huiusmodi
legato satisfaciatur, responsum fuit ab eadem
Congregatione satis esse, quod dicti hæredes
numquam sacerdotem ex approbatis ab ordina-
rio elegerint.

Decimoquintò, distributiones quoti-
dianæ quænam sint, vide in ver. distribu-
tiones.

Decimosexto, plebania est Ecclesia
curata, quæ habet sub se capellas in qui-
bus perpetui clerici instituuntur, c. 2. ne
cler. vel. mon. lib. 6. Rebuff. in 3. par. sig. su-
per verba etiam situationis, nu. 7. adeoque
plebania addit aliam qualitatem Ecclesiæ
curatæ: nam omnis curata est plebania,
sed è contra,

Decimoseptimò, Capellæ, quæ fun-
dantur in propriis territoriis, vel domi-
bus, etiam cum dotatione sine auctori-
tate Diocæsani possunt fieri, & non di-
cuntur beneficia ecclesiastica, sed profa-
na, & possunt conferri per laicos cuicum-
que, modò sit idoneus, Guid. Pap. q. 187.
n. 1. & infra, sed licet secundùm dictum
ipsius sic procedat de consuetudine, ali-
cubi tamen de iure non potest stare, quia
clericos instituire non pertinet ad laicos,
sed ad Episcopum, sive prælatum. cap.
præterea de iure patron. & cap. ex frequen-
tib. de instit. ubi excommunicantur con-
trafacientes.

Decimo octavo, Capellaniam, ut in ali-
quibus altaribus Missæ celebrentur, ve-
niunt appellatione beneficii, gl. in Clem.
2. in ver. si beneficium, ad quintum respons.
de dec.

Decimonono, Oratio, de quibus vi-
de inferius in ver. Missa §. 2. concl. 4. in ver.
Oratorium.

Ad secundum, Regula est, Episcopum
posse conferre omnia beneficia ecclesia-
stica in sua diocesi existentia, cap. ab ex-
ordio, 35. dist. Staph. fol. 53. num. 2. & 3.
gl. in cap. quamquam, in verb. de volue-
tur, de elect. lib. 6. Innoc. in cap. postulasti,
de iur. par. Gom. de expect. num. 3. & 18.
ubi dicit, quòd Episcopus est generalis
ordinarius episcopatus sui, & ideo potest
conferre beneficia in omnibus mensibus,
nisi prohiberetur, quia est præordina-
tor in cunctis, Decis. Rotæ 167. quia inci-
pit, de collat. in novis. c. 26. q. 3. c. decretum
c. regenda, 10. q. 1. c. omnes basilicæ, 16. q. 1.
c. de Xenodochis, de relig. dom. conguer. c.
dilectus, & quasi per totum de off. ordin.
Selva

Selva. 3. p. 9. 51. Fallit primò de beneficiis vacantibus apud Sedem Apostolicam, vel Rom. Curiam, c. 2. de *prab. lib. 6.* & quomodo intelligatur apud Sedem Apostolicam vacare, vide c. *presenti, eo. tit. lib. 6. Extravag. Benedicti XII. qua incipit, ad regimen. sub tit. de prab. & Extravag. Ex debito. fo. XXII. in cõb. sub tit. de elect. & Extravag. Pia sollicitudinis, qua est Bonif. VIII. sub tit. de prab. & Extrav. Execrabilis sub eod. tit. Gom. q. 17. in reg. de impetr. ben. per obitum sam. Card. & q. 31. de trien. poss. col. 2. ver. & ideo pro clariori, & gl. statutum, in ver. Curia, eo. tit. & lib. & in sum. de omnib. reservationib. vide Gom. in d. q. 31. col. 6. ver. 2. Dicitur etiam vacare in curia, quando fertur ibi sententia privationis vel in citatum personaliter, vel per procuratorem. *Dec. Rot. 86. alias 35. de prab. in antiquis. Caputaqu. dec. 64.* Fallit secundò, in c. 2. de *conces. prab.* ubi habetur, quòd si Episc. vel is, ad quem spectat collatio, infra sex menses non disposuerit, collatio devolvitur ad superiorem, ut ab Episcopo ad Metropolitanum, ab hoc ad Primatem, ab illo ad Patriarcham, & demum ad summum Pontificem, c. *licet, de suppl. negl. pral. Abb. ind. c. 2. n. 7.* sed in beneficiis curatis, Pius V. providit in Bulla sua 32. de qua memini in ver. *parochia.* Hoc etiam intellige, quando hodie darentur omnes isti gradus, sed pro majori parte, ab Episc. ad Archiepiscopum, & statim ad Papam fit devolutio, & quod dicitur de collatione, idem dic de electione & presentatione; nam devolvitur ad superiores gradatim, vel immediatè. *Host. in sum. tit. de elect. ver. ex premissis, n. 24.* sed hoc non est ve-*

rum in Episcopo exempto: nam ad hoc immediatè fit devolutio ad Papam. *Rebuff. de devolut. n. 36.* Fallit tertio in omnib. dignitatib. post Pontificalem, tam in cathedralib. quam Collegiatis, & in Cathedralib. *capitulo, si pro eo tempore, de elect. l. 6.* quia majores dignitates per prædicta sunt reservatæ, per regulam Cancellariæ, n. 45. Selva 3. par. 9. 12. n. 12. in 7. *qualitate, Staph. in for. 1. expectativæ, n. 8.* *Rebuff. loc. citat. hic. nu. 6.* & quænam sit prima dignitas post Pontificalem, vide *Gloss. in c. deliberatione, in ver. electionis, de offi. leg. in 6.* ubi dicit, standum esse consuetudini, *Staph. loc. cit. n. 9.* *Rebuff. tit. de reservat. & vide in ver. dignitas,* quando est unica tantum dignitas. Fallit quarto, per reservationem factam per reg. Cancell. ubi solum quatuor menses anni conceduntur ordinariis, s. Martii, Junii, Sept. & Decemb. ut notat Gom. *de expect. n. 13.* & *Rebuff. de expect. n. 2.* sed si Episcopus residens sua in diocesi, petit alternativam à summo Pontif. ei conceditur cognitio, sigillo, & subscriptione ad sex menses per literas obsignatas manu Datarii sanctissimi domini Papæ, & sic alternatim concurrat cum Papa, & si hanc non petit, non habet nisi illos quatuor menses, vide *Bullam Pii V. 164. & 166.* vide *Bald. in proem. Gregoriano, Gom. loc. cit. Staph. de lit. grat. 236. n. 25.* & in *prafat. ejusdè l. n. 20.* & ista alternativa currit à mense Martio, qui est Papæ, April. Episc. & sic alternatim, imò mensis Janu. spectat ad ordinarium mortuo Papa. *Caputaqu. decis. 1254. par. 2.* Fallit quinto, quando Papa propter aliquam Ecclesiæ necessitatē reservaverit pro tempore collationem beneficiorum omnium,

seu quorundam ut in *Extravag. Ex debito*, *sub tit. de elect.* & in *Extravag. Ad regimen*, in *tit. de prebend. in communibus*, quae fuerunt temporanea, quoad beneficia, in 2. *dispositione illorum*, quia in ambabus dicit summus Pontifex: *donec Christi dignatio nos dignabitur universalis Ecclesia sponsa suae regimini praesidere*, Gom. in *q. 2. fol. 8. col. 1. in fin. super. reg. Cancell. pro premiati.* Sed an ista reservare non cesset morte Papae reservantis, etiam si reservasset beneficia familiarium Cardinalium, Gemin. in *cap. 2. ver. quod nota, de off. leg. libro 6.* dicit, quod cessat, licet Papa semel manus apposuisset, & nec semel contulisset. Ratio assignatur per illum textum, & sic non valet semper illa regula, quod semel effectum semper restat affectum, quia intelligitur de reservatione, in beneficiis reservatis per gratias expectativas, sive mandata. Fallit sextò, de providentia, prout Gom. in *pec. tract. de grat. expect. & man. de providen.* Staph. de *lit. grat.* sed hodie (Deo gratias) ablata sunt ista per *decr. sac. Concil. Trident. sess. 24. capitulo vigesimo nono, de resor.* Fallit septimò, in beneficiis, quorum collatio pertinet ad aliquem ex speciali statuto, consuetudine, vel privilegio, ut in *Clem. unica, de suppl. neg. pralat.* & ad alios praelatos inferiores, sicut & literas, eod. *tit. Selva 3. par. 9. 99.* Rebuff. in *de coll. c. fin. de instit.* sed an istis etiam currat alternativa, videtur quod sic, & probatur à majore ad minus, & solum quoad quatuor menses, & in his omnibus reservationibus animadvertere debent locorum Ordinarii, nam si conferant beneficia aliquot istorum, sic pro-

vifi, dicuntur intrusi, vel de jure communi, vel secundum Reg. Canc. prout dixit Gom. *q. 47. de trien. poss. & Staph. de lit. grat. fol. 182. num. 3.* & ipsi Ordinarii, tanquam mali collatores, ultra peccatum mortale in quod incidunt, possent puniri à summo Pont. quia dant quod non habent, & sic usurpatur, quod est alterius, contra illud. *1. Cor. c. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & mysteriorum Dei dispensatores, &c.* & Sic provisos faciunt manere in peccato mortali, si hoc ipsi sciunt, & reddunt obnoxios restitutioni fructuum perceptorum, & aliis pœnis, prout Rebuff. *pract. benef. de pœn. collat. indignis.* Hostien. in *sum. tit. de supp. neglig. pralat. §. quam pœnam. n. 6.* & an mora, seu negligentia, *num. 7.* & ibi dat optimum consilium, quod videas, & *Bull. Clem. VII. 46. quae incipit. admonet*, licet videatur solum comprehendere Germanos. Fallit octavò, in beneficiis familiarium Cardinalium per Reg. Cancell. Gom. in *d. regul. Rebuff. loc. cit. de reservat. generali, & spec. num. 13.* & per reservationem beneficiorum familiarium Papae, subcollectorum, & aliorum officialium domini Papae, Rebuff. *ibi. num. 25. & infra.* & ista beneficia Collectorum, seu subcollectorum sunt reservata ex sola deputatione, absque exercitio. Caputaqu. *decis. 104. par. 1. & 141.* etiam sine juramento praestito, de fideliter administrando. idem. *decis. 76. par. 3.* Fallit nonò, quod Episcopus non potest conferre beneficium, quod Papa contulit alicui, & pertinebat ad collationem Episcopi, etià sine reservatione, licet collatio pro illa vice sit nulla, & invalida, pura facta

facta excommunicato, vel inhabili, Co-
var. in cap. *alma mater*, 1. par. §. 7. nume-
ro 8. Gom. q. 30. de trien. possess. Selva. 3.
par. q. 11. num. 3. Decis. Rota 10. de pra-
ben. in noviss. Fallit decimò, in monaste-
riis virorum excedentibus valorem an-
nuum ducentorum florenorum auri,
communi aestimatione, quia sunt refer-
vata Sedi Apostolicæ, ab Innoc. VII. us-
que ad Greg. XIII. & sic deinceps, & i-
ta istæ Abbatix, cum tali valore, cum va-
caverint, non possunt conferri per Ordini-
narium: hoc intellige, si quæ sunt, fue-
runt monasteria, secus verò non, quia
quædam dicuntur Abbatix, quæ non
fuerunt monasteria, quædam verò sic.
Nisi etiam adsit consuetudo immemo-
rabilis, & præscripta, quòd locorum Or-
dinarii ea consueverunt conferre, ut Be-
neventi Archiepiscopus confert duode-
cim Abbatias habentes usum baculi, &
mitræ, quæ forsàn olim fuerunt mona-
steria virorum: nam consuetudo dat ju-
risdictionem, ut patet vulgariter, & in c.
1. & ibi Gem. §. non sic, not. 2. de offi. ord.
lib. 6. & ibi gloss. in ver. consuetudine,
cum alleg. Fallit undecimò, quòd Ordini-
narius nò potest conferre beneficia litigi-
tiosa, per c. 2. ut lite penden. lib. 1. intellige
si lis pendet principaliter inter duos super
beneficio, sive aliter possideat benefici-
um, sive non. Sed si lis non pendet prin-
cipaliter, sed accessorie super beneficio,
ut puta, quia unus est electus vel præsen-
tatus, vel institutus ad beneficium, &
opponitur ei inhabilitas, quia possidet
plura beneficia incompatibilia, & super
illa exceptione litigantur, tunc bene po-
test Ordinarius illud conferre, tanquam

incompatibile, per c. dudum, il. 2. de e-
lect. & ibi Host. ita Lopus in c. 2. & Gem.
in ver. oppono, ut lit. pend. lib. 6.

Ad Tertium. Dico primò, Episco-
pum posse conferre beneficia pertinentia
ad suam collationem infra semestre, c. 1.
de concess. prab. & c. licet, de sup. negl. pral.
& hoc intelligitur de omnibus benefi-
ciis, exceptis cathedralibus & Regulari-
bus quæ inf. tres mens. debent conferri,
ut in cap. ne pro defectu, de elect. Selva 3.
p. q. 64. Hoc fallit primò in instit. juris
patr. ut dicam in ver. jus patr. dub. 2. Fal-
lit secundò in permutationibus, Selva
in loc. cit. per Clem. unicam, de rer. perm.
Tertiò fallit in collationib. Hospitalium,
Selva ibid. Fallit quartò in executore a-
postolico, idem ibid. Staph. loc. cit. fol.
211. n. 6. licet de executore dicat opposi-
tum, fol. 274. n. 7. & 8. quia his provi-
sionibus non est præfixum tempus. Dico
secundò, quòd Episcopus potest confer-
re beneficia juris patronatus, ad se devo-
luta, ab ultimo die quadrimestris com-
petentis, patrono laico, usque ad ulti-
mum diem decimi mensis vacationis, vel
ad duodecim, si patronus erat Ecclesia-
sticus, ratione Ecclesiæ, c. unico, de jure
patronat. l. 6. & aliis vulgatis. à die devo-
lutionis, vel verisimilis notitiæ currit
tempus, vide Panor. in c. ex parte, n. 13.
de concess. praben. Dico tertiò, quòd po-
test conferre beneficia regularia, quæ spe-
ctant ad collationem Prælatorum regu-
larium, si Prælati regularis infra seme-
stre non providerit, Clem. unica, de supp.
neglig. pralat. sed non potest conferre il-
la Clericis secularibus, nisi illa prius per
clericos sæculares consueverant possi-
deri

deri, quia regula est quòd beneficium Regulari est conferendum, gloss. *ibid.* *ver. Religionis.* Conc. Trid. *sess. 14. c. 10. de refor.* modò sit professus, Rebuff. citatus *suprà*, §. 1. *conclus. 5.* an & quando aliquod beneficium dicatur sæculare, vel regulare, vide *superiùs*, §. 1. *conc. 5.* sed animadvertendù est, Clem. illam non habere locum in Prælatiis secularibus exemptis, à quibus non fit devolutio ad Episc. & gradatim ad Metropolitanum, sed immediatè ad Papam, Selva 3. *par. 9. 49. n. 2.* Et an idem sit de beneficio, cujus collatio pertinebat ad Ecclesiam citra Cathedralè, vel ad Prælatù ipsius, vide a bb. *in Clē. 1. n. 2. de suppl. neg. Prælat.* nec valet contra hoc allegare præscriptionem, vel consuetudinè, Hostien. *in sum. tit. de offi. ord. §. sin. autem quedam.* Dico quartò, Episcopum posse conferre beneficia vacantia in Rom. curia, si Papa infra mensem de eis non providerit: nam elapso mense à die vacationis enumerando, statim devolvitur ad Episcopum collatio, *c. statutum, de præb. l. 6.* Nota dici, à die vacationis, non à die notitiæ, *arg. c. licet, de suppl. neg. Prælat.* sed dubium est, an hoc capitulum sit reformatum per *Extravag. Ex hoc debito, de elect. & Extravagantem, Pæ sollicitudinis, de præb.* quia Gom. *de grat. expect. n. 21* dubitando videtur declinare in patrem negativam, tamen *in q. 35. colum. 3. de trien. possess. dicit,* fuisse correctum, *& c. presenti, de præb. l. 6.* Staph. *loc. cit. fol. 174. n. 8.* etiam dubitat, tamen dicit, quòd licet ex stylo Curia videatur correctum, tamen non de jure communi. Ego dicerem, quòd stante hac dubitatione Doctorum, Ordina-

rius providebit prout Deus benedictus sibi inspiraverit, vide *Bull. Pauli II. quest. 4. & incipit; Ad Romani. & Bullam Pii IV. 36. qua incipit: Cupientes; & Bullam Pii V. 161. qua incipit: Sanctissimus,* ubi fit reservatio omnium beneficiorum vacantium, Sede Episcopali vacante, vide *inferius in ver. Episcopus, §. 45.* Dico quintò, quòd Ordinarius ponet Oeconomos, seu Vicarios, etiam perpetuos, in omnibus beneficiis, tam curatis, quàm simplicibus, etiam juris patrociniatus, etiam collatio eorum spectet ad Papam, vel ad quemcunque, durante eorum vacatione, vel beneficiato non residenti, vel insufficienti, vel inhabili, Conc. Trid. *sess. 24. c. 18. de refor. & sess. 6. cap. 2. sess. 7. c. 5. & c. 7. sess. 21. cap. 6. sess. 25. cap. 16. de refor. Bulla Pii V. citata à me inferius, in ver. parochia, c. cum vos, de offic. Ord. c. eam te, de jure patron. Selva loc. titul. 3. par. 9. 33. n. 3. Rebuff. loc. titul. de collat. n. 20. Abb. *in d. c. cum vos, num. 8. & 9. Gemini. in c. nemo, ver. & per hanc glossam, de elect. lib. 6.* Dico sextò, quòd licet Episcopus non possit dare beneficium Ecclesiasticum ad tempus, ut *c. si constiterit de accus. tamen potest id dare in commendam, d. c. & ibi gloss. in ver. commendam.* Selva *loc. cit. ver. quia, in initio, & potest etiam iteratis vicibus illud commendare, modò hoc faciat sine fraude.* Secundò, ut non labatur totum semestre, gloss. *in c. nemo, in ver. commendare, circa finem, de elect. lib. 6.* Tertio, ut fiat propter Ecclesiæ, & non personæ utilitatem, gloss. *ibidē, in ver. durare, Rebuff. in pract. benef. tit. de collat. benef. numero 16.* Vide Geminian. *ibi ver. quaro, quando.* Dico septimò,*

mò, & hoc est magnum dubium, & quotidianum in praxi, quòd sunt quædã beneficia tenuissima, & quæ non excedunt valorem quatuor ducatorum de Regno, & quædam dignitates potius nomine, quàm re, sine ullis redditibus, quæ vel vacant in mense summi Pontificis, vel devolvuntur negligentia Prælatorum, ex quo sequuntur hæc mala. Primum, quòd nunquam conferuntur. Secundum, quòd evanescent illæ dignitates. Tertium, quòd beneficia amittunt celebrationes, & alia debita obsequia. Quartum, quòd redditus in dies usurpantur. Quintum, quòd interdum possidentur de facto, sine canonica collatione. Sextum, quòd patroni, ex majori parte omnes redditus occupant. Septimum, quòd pejus est, animæ defraudantur debitis suffragiis, & deperduntur pie testantium voluntates. Octavum, & ultimum, quòd incurruntur tot peccata, tot censuræ, prout fac. Conc. Trid. *sess. 22. c. 11. de refor. & aliis juribus vulgatis*, sed quid agendum? Ego dum essem Compzæ Vicarius, & Archiepiscopus, consulimus Illustris. dominum Datarium sanctiss. D. Papæ, ut concederet facultatem Reverendissimo Archiepiscopo conferendi dicta exigua beneficia, & tenues dignitates, solutis solvendis, quidquid propter hoc solvi debeat, nihil perfectum fuit tamen (ut anser inter olores) dicerem duo in hac materia. Primum, ut omnes Prælati unanimiter supplicarent summo Pontifici, ut eis concederet hanc facultatem conferendi dicta beneficia tenuia ad tantam summam, citra quòd Sanctitas sua pro evitandis tot ma-

lis in dies orientibus facilè (meo quidem iudicio) concederet. Secundum, quòd possunt Ordinarii ista conferre, salvo meliori iudicio. Et probo primum à simili, per ea quæ dicit Gom. *de expect. n. 46.* Staph. *in form. 2. de expect. num. 8.* & per dictum illud vulgare, quòd de minimis non curat prætor. *l. scio ff. de restitut. in integr. & cap. est quæstiones, de simon. ex quo Doctores sumunt, & Ang. in l. Senatus, §. Marcellus, ff. de leg. 1.* ubi dicit, quòd si statutum prohibet alienare domum, vel aliam rem immobilem in forensam, non habebit locum in domūcula, ut parva re. & Roman. *in singul. quod incipit, hodie* exclamat propter illum text. & facit *c. terrulas, 12. quæstio 2.* & facit *pro Extravagani, Ambitiosè, de rebus Ecclesie non alien.* & Gom. *loco citato n. 98. in for. pauper. per c. si pauper, de prob. lib. 6.* Nec obstat quòd eadem est ratio de magno & minimo, *si motu proprio, & capite, non potest, de prob. l. 6. & cap. postulasti, & ibi gloss. in versic. proventus, & ca. si proponente, de Rescript. extr.* Secundò, quia adest damnum officialium Cancellariæ, & aliorum qui amitterent lucra suorum officiorum quæ emunt. Nec obstat tertio, quia multa modica faciunt unum satis, & D. August. *super Psalm. De profundis*, ubi dicit, *Congeres multa minima, & facies ingentem acervum*; quia adhuc responderem pro modulo capacitatis meæ, concedenda omnia, tanquam vera: sed majus malum est, quòd nec ipsi officiales habent suos proventus, nec observatur *capit. 2. de concessi. prob.* & beneficia & dignitates deperduntur, & sequuntur tot mala, prout

prout supra; ergo ad evitandum omnia prædicta, minus malum esset eligendum, quia communis error facit legem, & minora mala tolerantur, ne sequantur pejora, & ordo est aliquando ordinem non servare, & sic censerem posse Ordinarios conferre illas minutias, quia potius Missarum celebrationum, quam beneficiorum nomine dignæ sunt, & supremi Principis animum aliquando dedecet, considerare ista minima, & meminisse quendam Reverendissimum Archiepiscopum, quem hodie credo esse in Paradiso, propter ejus singularem vitæ sanctitatem, qui dum conferebat hujusmodi beneficia, sic devoluta, ego dicebam hoc sibi non licere, per prædicta, & ille respondebat, Papam summum Principem, non habuisse oculum ad ista minima. quidquid sit, dixi superius, quod faciunt ea, quæ dicit Staph. *loc. cit. fol. 350. numero 14. & 15.* per Regulam quod de modicis non curatur, prout supra, & Rebuff. *in tertia for. sign. grat. in versic. nec non verus valor. numero 6.* faciunt quæ dicit Rodoan. *tract. de rebus Eccles. non alien. questio. 52. a. num. 67.* facit quod indulta, & alternativæ concessæ Ordinariis, sunt favorabiles, & ideo ampliandæ, & extendendæ, *cap. odia, de regul. jur. libro 6.* & Ordinarius per eas conservatur in antiqua sua jurisdictione, & regulæ Cancellariæ consentur impedimentum contra jus commune, *Caputaqu. decisio. 214. parte 2.* Dico octavo, quod Episcopus potest conferre beneficia, etiam in mensibus Papæ, & etiam vacantia in Curia, seu apud Sedem Apostolicam, quæ ex creatione, seu feudatione, aut a-

liis constitutionibus aliquas qualitates, seu certa onera habent injuncta, ut in præbendis theologalibus, Concil. Trid. *sess. 25. cap. 5. de refor. gloss. in cap. cum in Ecclesia, in ver. dictam consuetudinem. & tex. ipse. de præb. lib. 6.* Covar. *præct. questio. capite 36. numero 4. versicul. similiter.* & dicit hoc etiam tenere Gom. *de expect. num. 33.* & multos alios Doctor, quos ipse citat, facit *c. unic. de rerum permut. libro 6.* Dico nono, quod potest conferre beneficia manualia, præstimonialia, seu quia ista non cadunt sub reservationibus Domini Papæ Gom. *de expect. num. 44.* Dico decimo, quod Episcopus potest conferre omnes parochiales Ecclesias vacantes in Curia Apostolica sede vacante, & etiam illas, quæ vacaverunt vivente Romano Pontifice, sed ante obitum ipsius non fuerunt collatæ, *cap. si Apostolica, de præb. lib. 6.* Rebuff. *loc. cit. de reservat. num. 2.* & hoc intelligitur, si moritur Papa intra mensem, alias non esset dubium, per *cap. statutum, & ibidem gloss. in d. cap. si apostolica, in ver. obitum.* & ita posset conferre parochiales vacantes extra Curiam, sed in mense summi Pontificis hoc probatur à majori ad minus, & propter identitatem rationis, & ne ipsarum vacatio diuturna periculum valeat animabus afferre. Dico undecimo, quod est casus practicabilis nimis. Constitutio est per *Extrav. Execrabilis, tam primam, quam secundam,* ubi disponitur, quod omnis habens dignitatem, personatum, officium, vel beneficium Curatum, si postea acceptaverit aliquid simile, teneatur resignare primum coram Ordinario intra mensem,

sem, verbaliter, vel realiter cum effectu, sub testimonio publico, aliàs & primo, & secundo fit ipso jure privatus. Primum dubium est, an illud dimissum in manu Ordinarii, possit per eundem Ordinarium conferri (præmissis tamen quòd ad eum aliàs pertinebat collatio ipsius.) Secundum, an sit necessaria ipsa dimissio coram Ordinario, prout supra, an possit ire ad secundum beneficium adeptum, relinquendo illud, nullam aliam dimissionem faciendo coram Ordinario? respondetur, quòd res est difficilis, & quoad primum, videtur quòd collatio pertineat ad Sedem Apostolicam, prout *ibi*, §. *qui verò*. & §. *qua omnia* & *singula*, & *gl. ibi in ver. valeamus*. Ex alia parte videtur, quòd pertineat ad Ordinarium, prout *ibi*, in §. *ceteris*, & *ibi gl. in ver. nova*, & *gl. in ver. maneamus*; & sic vidi servari in praxi, & *Rebuff. loc. cit. de reservat. num. 12.* dicit, illam esse revocatam per Conc. Basiliens. & in *tit. de sig. grat. super verba, aut per constitutionem, Execrabilis, & c. de expedit. n. 1.* & in facto non vidi adiri Sedem Apostolicam pro collatione parochialis, quæ vacabat per affecutionem alterius. Quoad secundum respondetur verba textus esse clara, §. *ceteris tamen*, *Staph. loc. cit. fol. 127. n. 8.* dicit de mente *Ægidii*, quòd satis est, quòd rector Ecclesiæ intra mensem à tempore affecutionis secundi incompatibilis realiter, & cum effectu dimittat primum, & ejus possessionem, licet intra dictum mensem coram Ordinario sub publico testimonio illud verbotenus non relaxet, quòd est notandum. Sed ad hoc ut vacet primum, opus est, ut habeat pa-

cificam possessionem secundi: & exercitium curæ, & possessionem fructuum, vel majoris partis; secus verò, si turbaretur super administratione, ita *Gemin. in cap. commissa, §. annus, ver. quandoque. de elect. lib. 6.* ex *Archid. & Joan. Andrea*, Dico duodecimò, quòd si Episcopus conferat beneficium devolutum ad Papam, per *c. 2. de concess. præbend. & beneficiatus possedisset per triennium, quòd non posset amplius molestari. Rebuff. loc. cit. in for. sig. grat. in ver. etiamsi devolutum, n. 3.* adde *2. addit. addere, in c. 1. in ver. regula, de jur. lib. 6.* Dico decimotertiò, quòd Episc. ponit Vicarios temporales propter absentiam Rectoris, juxta *c. ex eo, de elect. lib. 6.* & *gloss. in Clem. 1. in verbo presbyteri, de privileg. vide in ver. Vicarius, §. 10. 2. par.* Dico quintodecimò, habenti parochiam, datur Canonicatus Cathedralis, sed duobus mensib. elapsis non sua culpa, quibus debeat dimittere parochiam, conceduntur, ad dimittendum quatuor menses, *fac. Congreg. declarat.*

Ad quartum. Dico primò, si beneficium est Curatum, obligat ad sacramentorum administrationem, & ad ea omnia, quæ dicuntur *in ver. parochia, §. 3.* Dico secundò, quòd obligat ad Missarum celebrationem, tam frequenter ut suo muneri satisfiat. *Conc. Trident. sess. 23. cap. 14. in fine de refor. Navar. cap. 25. num. 88. notab. 21* Tertio, omne beneficium, etiam tenuissimum, obligat ad divini officii celebrationem, sex mensibus post adeptam possessionem, *Conc. Later. & Bulla Pii. V. relata à Navar. d. cap. 25. numero 122*

H quic.

quicquid dicat Sot. *lib. 10. quest. 5. art. 2. Conclus. 2. de iust. & iure*, & hoc singulis diebus per singulas horas, alioquin amittuntur fructus pro rata, ut *ibidem in Bulla*, quicquid dicat. Et ubi supra art. 6. *prope fin. Navar. lib. 3. c. 13. num. 9. ver. 12. & in fine capitis. var. resol. lib. 4.* omne beneficium prærequirit ordinem Ecclesiasticum, & collatio facta alicui non ordinato, est nulla, Boer. *decif. 171.* Quintò, requiritur ætas prout *superius*, §. 1. *vers. ad dignitates.* nam ad beneficium simplex, vel Canonicatum, cui non est annexus ordo sacer, requiritur ætas 14. annorum inceptorum, fac. Conc. Trid. *sess. 23. c. 6. de refer. declarat fac. Congr. 254.*

Primum dubium, an clericus qui infra sex menses non recitat divinum officium, vel quia nescit, vel si scit, nolit, quia putat sibi licere inducto Conc. Later. & Bulla Pii V. spatii sex mensium, faciat fructus suos, & peccet mortaliter: ad hoc dico. Primum quòd si nescit recitare, excusatur, & facit fructus suos, quia quicquid sit iure permittente, pœnam non meretur, *cap. qui peccat. 23. q. 4. l. Gratius C. de adulter.* Secundò, quòd etiam peccat mortaliter, & non facit fructus suos, si scit, & nolit recitare. Ratio est, quia tam Conc. quàm Pius V. indulget illius temporis spatium, ad hoc, ut possit edoceri divini officii celebrationem: nam intentio utriusque erat, ut ab initio officium celebraretur; vulgatum enim est illud, quod propter officium datur beneficium, *c. si. de rescrip. lib. 6. Sylvest. in ver. clericus, 4. num. 16. §. 23.* nam spatium sex mensium est potius indulgentia

ratione ignorantiae, quam relaxatio obligationis, iis qui sciunt. *cap. lfi. 92. distinct.* & hoc clarè habetur *ex Bulla Pii V. 138. qua incipit, Ex proximo*, ubi dicit inter cetera; *item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaret, grave peccatum se intellegat admisisse.* ubi summus Pontifex videtur innuere, quòd non tenetur ad restitutionem fructuum, neque peccare mortaliter, sed graviter tantum, & Leonis X. *Bulla 11. pag. pen. & Navar. cons. 19. de celebrat miss.* ubi dicit, in primis sex mensibus si scit & non recitat, peccat graviter, sed non tenetur ad fructuum restitutionem, sed clapsis illis ad utrumque.

Secundum dubium est, an relinquens officium, non solum amittat fructus pro rata, ut dictum est, verum etiam peccet mortaliter, quibusdam visum est, solum amittere fructus, sed non peccare mortaliter: ratio eorum est; quia lex est pœnalis. Verum oppositum est tenendum: & ratio eorum convincit eosdem, quia lex pœnalis etiam obligat in conscientia, ut dicam *in ver. Pragmatica. ad secundum. Navar. de Hor. Can. c. 5. n. 18.* Hoc clarè dicit Gemin. *in c. commissi, §. illum. in 3. notab. de elect. l. 6.* ubi ait, quòd faciens contra legem præcepti, peccat mortaliter, etiam dato, quòd lex imponat aliam pœnam temporalem, *Et cit. c. in perpetuo. eod. tit. de elect. l. 6. at apertissime in c. si. ver. querit hic Archid. de rescrip. eod. lib. 6. & dicit hoc etiam sentire Archid. & est communis.*

Tertium dubium est, à quo tempore incipiat currere ista obligatio? Dico quòd à

tempore collationis & non possessionis, si ex tunc incipiant currere fructus beneficii; Nav. loc. cit. n. 29. c. 7. facit c. licet Can. de elect. l. 6. secus verò, si à die possessionis, per ea quæ dicam, inf. §. 6. ver. quoad secundam partem.

Quartum dubium est. quid si habeat possessionem, sed non percipit fructus beneficii, an teneatur & videtur quòd non, per ea quæ dicit gl. in c. sibi concesso, in ver. vacare, de prab. lib. 6. & gl. in c. commissa, in ver. pacificam, de elect. lib. 6. ubi videtur, quòd non teneatur, c. licet Can. ille qui in continenti turbatur in possessione beneficii, & quòd non vacant beneficia promoti, & consecrati in Episcopum, prout in c. cum in cunctis, §. cum verò, de elect. si solum habet possessionem Episcopatus, sed non percipit fructus: tamen oppositum est verius, patet primò per gl. in d. c. licet Can. in ver. annu, nam ex quo habuit pacificam possessionem, vel per se steterit, quin eam habuisset, tenetur dispositioni illius text. Secundò, quia habet titulù, & licet beneficiù fuisset tenuissimum, tamen etiã obligaret, ut dixi superius. & Sylv. in ver. hora, n. 5. §. 2. ver. 2. ubi dicit, quòd sibi imputare debet, ex quo se fecit ad illud intitulari, Tertiò accedit, quod dicit Nav. loc. cit. c. 7. n. 30. ubi dicit, quòd si aliquis resignavit beneficium alicui, retinendo sibi omnes fructus, & pensionarius contentus solo titulo, dat omnes fructus resignanti, etiam sibi nihil retinens, tenetur ad officium, etiam per rationem dicendam in 6. dubio, hic inferius.

Quartum dubium est, quid si non habebat possessionem, sed solum percipit

fructus, an teneatur? & videtur quòd non, per prædicta, ex quo non habet titulum; tamen oppositum est verius, c. sum secundum Apostolum, de prab. ubi habentur illa verba D. Pauli. *Qui altari servit* & c. ergo, qui vivit de altari, altari servire debet. Ideam à simili confirmat Gom. de expectat. n. 77. & Staph. loc. cit. fol. 34. à n. 12. & ratio est, quia si obligatur ille qui solum habet fumum, i. possessionem, quantò magis iste, qui habet carnem assatam, i. fructus?

Sextum dubium, quid de illo, qui habet beneficium sine ullis redditibus, an obligetur? videtur quòd non, per ea quæ accumulat Gom. in q. 47. de ann. poss. §. q. 53. de trien. tamen oppositum est verius, per dicta hic in 4. dubio, & patet. Primò, quia licet beneficium non habeat fructus in actu, habet tamen in potentia, quia est aptum eos habere pro tempore. Secundò, quòd etsi non percipiat fructus ex beneficio, tamen illud deservit ad alia, & inter cætera, ut gaudeat privilegio fori, Conc. Trid. sess. 23. c. 6. de reform.

Septimum dubium est, quid de illo, qui habuit beneficium, & postea illud resignavit? Ad hoc respondetur negativè, Navar. de Hor. Canon. c. 7. n. 19.

Octavum dubium est, quid de illo, qui habuit possessionem, nec percipit fructus sed litigat? est distinguendum cum gl. in c. commissa, in ver. pacificam. & Gom. & Staph. loc. cit. nam si nactus possessionem, statim turbatur in possessione, non tenetur. Ratio est, quia quæ in continenti fiunt, censentur inesse, c. officium de elect. lib. 6. l. lecta, ff. si cert. petatur,

Si verò accepit possessionem, & steterit aliquantulum per unum, vel duos menses, & postea turbatur, tunc tenetur, *gl. ibi, & Lopus in cap. fraternitatis, de frigi. & malef.* tamen ego dicerem eum non teneri, quia habet sex menses indulti ad non recitandum divinum officium, & quia dubius est litis eventus, *l. quid debetur, ff. de poenit. & posset esse, quòd beneficium etiam perderet, & ratio est, quia nihil percipit.* Dices; quid si lata sententia omnes fructus, qui interim sint collecti, & consummati, qui de jure pertinent ad illum qui sententiam protulerit, & notat. *gloss. in c. beneficium, in 3. notab. de regul. libro 6.* tunc dico, quòd si non recitavit divinum officium, quia nescivit, posset solùm accipere fructus illorum sex mensium, quibus gaudebat indulto, reliquos verò, vel fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus tenetur conferre, *gloss. ibidem,* verùm si ipse clericus esset pauper, & satis expendisset in litibus, posset eos percipere, *Navar. cap. 25. num. 122.* urgent quæ dicam in §. 7. in 2. dicto, quia fructus beneficiorum tunc pertinent ad Reverendam Cameram, quando non sunt per pacificam possessionem æquisita beneficia; sed hic supponitur illum assecutum fuisse possessionem, tamen *Navar. in consil. 17. num. 13. de celebrat. miss.* dicit teneri, quia sufficit, quòd in casu victoriæ, poterit fructus habere, & addit, quòd obligatio non currit à die præsentationis, nominationis, electionis, vel collationis, nisi sequatur institutio, confirmatio, & pacifica possessio, nec tenetur promoveri durante lite. *Rebuff. de*

non promov. infra an. numero 41. 42. & infra.

Nonum dubium est, an iste clericus teneatur restituere fructus perceptos ob non recitationem divini officii ante condemnationem, vel declarationem? & videtur quòd non, per ea, quæ dicit *Covar. de spon. 2. p. c. 6. §. 8. n. 10. ver. tertio, & dicam, in ver. privatio, §. 6.* tamen oppositum est verius, quia tenetur in conscientia restituere, vel fabricæ, vel pauperibus, ut *sup. Nav. de Hor. Can. c. 9. c. 10. & c. 19. n. 41. Diaz. in pract. crim. Can. c. 49. & Sylv. ver. Cler. q. n. 16. §. 27. & Con. loc. cit.* cætera de divino off. vide in *ver. Hor. Can.*

Dico quartò principaliter, quòd beneficium obligat ad promotionem Sacerdotii, si est curatum spatio unius anni, *c. licet Canon, de elect. lib. 6.* & hoc etiam si non percipit fructus, sed solùm habet possessionem pacificam, *gl. ibi in ver. annum, Rot. decis. 3. & addit. ibi, n. 3. de præb. in novis.* & ista obligatio currit à die possessionis, non impetrationis, *Tiraque. de utroque retract. tit. 1. §. 1. gloss. 10. n. 109.* ista pœna respicit forum interius, obligat in conscientia, *Navar. c. 25. n. 18.* & sic tenetur restituere fructus perceptos, licet non teneatur dimittere parochi Ecclesiam, nisi post latam sententiam. *Navar. ibidem, Covar. loc. cit. & dicam in ver. privatio, §. 6.* & qui sic privatus est, non poterit ea vice iteratò illud beneficium obtinere, per *c. commissæ, de elect. l. 6.* *Tiraq. loc. cit. §. 8. gl. 7. n. 16.* Hoc tamè fallit. Primò omnibus modis quibus dixi obligatione ad divinum officium. Secundò fallit in parochiali Collegiata, per

ca. *statutum*, eod. tit. & lib. gloss. in d. cap. *li-*
cer, in ver. *parochia*. Ratio assignatur per
 Innoc. in cap. *de multa*, in princ. de *prob.*
 Tertio fallit cum dispensatione Episcopi
 per quinque vel septem annos, ratione
 studii, modo infra annum fiat Subdia-
 conus, cap. *cum ex eo*, eod. tit. & lib. Navar.
 loc. citat. Quarto fallit, si parochus tali
 morbi genere teneatur, & ut ad functio-
 nem sui sacerdotii, ad res divinas per se
 obeundas minimè idoneus esse videatur,
 quia tunc durante prædicto morbi gene-
 re, non tenetur sacris ordinibus se initiari
 facere, declar. sac. Congreg. 239. Quinto
 fallit in legitime impedito in quatuor
 temporibus, in quibus non potuit pro-
 moveri, Gemin. in dicto cap. *cum ex eo*,
 ver. *sed quid*, de *elect.* lib. 6. & sic datur
 purgatio moræ, tex. in cap. *commissa*, eod.
 tit. & lib.

Primum dubium, an subiaceat huic
 Constitutioni ille, qui assumitur ad ali-
 quam Ecclesiam parochialem, ubi sunt
 plures sacerdotes, tamen cura animarum
 residet penes ipsum, qui vulgo vocatur
 Archipresbyter, vel Plebanus, & videtur
 quod non, per d. cap. *statutum*, & gl. quia
 sunt Ecclesie Collegiatae, & faciunt ea
 quæ dicit Guid. Pap. *decis.* 258. quæ di-
 cta sunt *superius*, §. 1. num. 16. tamen op-
 positum est tenendum, quia istæ Ecclesie
 potius dicuntur receptivæ, quàm colle-
 giatæ, Concil. Trident. *sess.* 24. cap. 18. de
refor. & istæ Ecclesie, & Plebanie anti-
 quitus erant gubernatæ ab uno Sacer-
 dote, qui parochus dicebatur. Postea
 crescente populo Christiano, creverunt
 & Sacerdotes, qui omnes simul reci-
 piuntur ad illam Ecclesiam, tamen ani-

marum cura residet in persona unius, qui
 Archipresbyter, sive Parochus, sive Ple-
 banus nuncupatur, & habetur in cap. 2.
 13. q. 1. & c. *uniones*, 10. q. 3. Selva loc. cit. 1. p.
quest. 4. *ferè per totum*, gloss. in c. *licet can.*
 in ver. *Parochialibus*, de *elect.* lib. 6. Navar.
 in cap. 1. in gl. num. 94. de *pœnit.* *distinct.* 6.
cum non ignores, & caput. *precedente*, de
prob. & quando dicitur collegium, vel
 non, vide gloss. in cap. *statutum*, in ver.
collegiata, de *elect.* libro 6. Sylvest. in ver.
Collegium, in *intro.* Innocen. & alii, in
 cap. *cum dilecta*, de *excess. pralat.* & non
 valet ista consequentia: in Ecclesia ali-
 qua sunt multi Clerici, sive Presbyteri;
 ergo est Collegiata. Staph. loc. cit. fol. 108.
 num. 9. & 10. sed requiritur quod ipsi sit
 unus, ut caput, vel rector, alii ut membra,
 ut canonici, & sic practicatur, & fit con-
 cursus in vacatione, prout dicam in ver.
parochia, §. 2. Hostiens. in *sum. tit. de offic.*
Archipresbyter. num. 1.

Secundum dubium est, ubi non sunt
 animæ, i. populus, sed fuerunt, vel est
 unita alteri, & remansit beneficium sim-
 plex: quoad primum, gl. in d. cap. dicit,
 quod si non adest populus, non subjacet
 dispositioni illius tex. sed si inciperet ha-
 bere parochianos, ex tunc inciperent sub-
 esse illi censuræ, Selva 3. par. qu. 42. col. 4.
 ver. *ego circa*, Gomez. q. 2. col. 3. dicit li-
 gari illa Constitutione, quando actu non
 exercet curam animarum, sufficit ut ex-
 erceat habitum, Staph. loc. cit. concordat,
 ut prima opinio valeat ad hoc, quod non
 sit incompatibile, & ex consequenti non
 subiaceat illi capitulo, ut sit necesse quod
 in impetratione fiat mentio de cura, &
 sic opinio gl. remaneret firma. Opposi-

tum vidi observari in practica : nam reperiuntur multæ Ecclesiæ quæ antiquitus fuerunt Curatæ, & habuerunt populum, & nunc carent populo, & sunt dirutæ, & habent bonos redditus, & qui ad illas assumuntur, his non providetur per concursum, nec subsunt dispositioni, *capit. licet Canon.* & sic vidi observari Beneventi, & facit quæ notat Afl. & us in *Const. Officio, notab. 4.* ubi probat, & multis textibus Canonicis & Canonistis, & quod qui habet, dicitur habere beneficium simplex, & quod tunc incipiet esse Curatus, quando incipiat habere populum. Quoad secundum, si unio facta est alteri parœciæ, ad eod quod effecta sit velut beneficium simplex, dico ut supra, quod desinat esse talis, quia cum uniat alteri, incorporatur cum ea, & extinguitur, & efficitur unum corpus, *Gom. q. 25. in regul. Cancel. de ann. poss.* sed an ista unio parœcialium possit fieri, & quomodo, vide in *ver. unio.* vide *Bald. in marg. Innoc. in ver. Ecclesia, q. 8.* ubi sequitur opiniones glossæ ex mente *Inn. & Abb. in c. de multa, de præben.* vide *Gemin. in d. c. licet Canon, in versic. & deinde quarit.* ubi disputat hanc materiam, sed in *fin.* videtur sentire cum Glossa, post longam disputationem hinc inde, quam videas, succedente casu in practica, & venti labili in controversia.

Dico quinto, quod beneficium obligat ad residentiam, de quo in *ver. privatio, & in ver. residentia,* aliàs fructus interim percipiendi fiunt Reverendæ Cancellariæ Apostolicæ, prout dicam *inferius, §. 6.*

Ad Quintum, Dico primo, quod de ordine conferendi Ecclesias Curatas, seu

parochiales, vide in *ver. parochia, §. 2.* de aliis beneficiis providendis, sac. Conc. quantum videre potui, nullam fecit mentionem, sed *sess. 24. c. 12. §. neminem,* dicens: Neminem deinceps ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiendum esse, nisi qui eo ordine sacro aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate constitutus, ut infra tempus de jure statutum, initiari valeat. Providit etiam idoneitati, cum ad ordines promovendi prius debeant examinari, ut patet *sess. 23. c. 4. §. 11. 12. 13. & 14.* ut dictum est in *ver. ordo,* & ideo nullam de examine, quoad beneficiandos fecit mentionem, quia illud præmisit in ordinandis. Vel etiam potest dici, hoc reliquisse dispositioni juris communis, etiam quoad beneficiandum beneficiis simplicibus, ut in *Clem. unica, & ibi gl. in versic. reputamus, de concess. præb.* ut sciat legere, canere, & construere, *Gom. de expect. nu. 73.* & *Staph. loc. citat. fil. 36. num. 23.* ex mente *Innoc. in c. dilectus, de temp. ordin.* & *Archid. in c. nullus, eod. tit. & libro,* dicit illiterarum esse inhabilem ad beneficia ecclesiastica. *Innoc. in cap. Lateranensi, in sine, de præb. & in c. quia diversitatem, in sine, de concess. præb.* & sic dicit servare Curiam Romanam, & sic servatur hodie indifferenter; & *Diaz in Practica Crim. Can. cap. 18.* ubi dicit se credere, nec Papæ esse obediendum, si præciperet, etiam ex certa scientia, ut provideatur alicui de beneficio, qui esset illiteratus; & ratio est, quia est de jure divino, *Osea c. 4. Malachie c. 2. Selva 3. par. q. 8. num. 28. ver. 2. limitatur, & 4. p. q. 7. n. 6. & 7. ver. 28.* dicit

28. dicit in hoc non posse dispensare Episcopum, & Navar. c. 27. n. 205. not. 2. dicit quod raro, aut nunquam in hoc defectu Papa dispensat, licet aliquando indirectè dispensando super ætate necessaria ad discendum, facit c. illiteratos, 36. distin. & Gom. in c. 1. n. 113. ex mente Felin. in c. si quando, colum. pen. in versi. sed dices, de rescriptis, dicit in hoc non posse Papam dispensare, quia est de jure divino, & quod defectus scientiæ in beneficiato, dicitur magis detestandus, quàm homicidium, & Aristot. in 3. Ethicorum, dicit: *Omnis ignorans malus*, & in hoc animadvertere locorum Ordinarii debent, ut prius examinent eos, quibus volunt conferre beneficia, etiam si sint simplicia, & videatur gloss. & tex. in cap. si quis neque sanctis, 1. q. 1. in versi. amore, cap. nemo, de simon. & Selva 3. par. quest. quinta, num. 1. & 2. & per totum, ubi concludit, hoc esse arbitrium, juxta qualitatem loci, & officii sui, & Boer. decis. 171. n. 10. ex mente Abbat. in c. si. in fine, de prescript. ubi dicit quemlibet præsumi idoneum, etiam ad beneficia obtinenda, modò sit Clericus, s. 1. de instit. c. ex litteris, de transact. & Bald in marg. Innoc. in versi. præsumitur, ex mente Abb. in c. dudum, de probat.

Dico secundò, examinato, & reperto idoneo beneficiando, expediuntur Bullæ in forma, quæ an sint necessariae, tam in collatione facta ab Ordinario, quàm à summo Pontifice, dicam in ver. Bullæ.

Dico tertio, expeditis Bullis capitur possessio, vel per se, vel per suum procuratorem, & sic tria possunt concurrere in provisione alicujus beneficii. Primum collatio, & hæc potest fieri etiam absen-

ti, cap. si tibi absentis, de præb. lib. 6. Secundum, investitura, quæ fit per annuli, vel pilei, vel bireti impositionem. Tertium, receptio possessionis, Covar. lib. 3. c. 16. variar. resol. per totum, & maximè in sexto, & decimo num. gl. in cap. 2. in ver. signum, de consuetud. gl. in c. ex ore, in ver. annulo, & in versi. mandatum, de his que sunt à mai. par. c. gloss. in 2. notab. in c. cum qui, de præb. lib. 6. ex quib. colligitur, necessariam esse corporalem, seu realem possessionem in beneficio: quia non sufficit collatio, Canonicus titulus, Investitura, etiam cum administratione, sed est necessaria corporalis possessio ad agendum, Covar. lib. 3. loc. cit. n. 6. in fine, & n. 10. in princ. gl. in c. pro illorum, & ver. investitu, de præb.

Dico quartò, quòd requiritur etiam, ut provisus de beneficio Ecclesiastico, teneatur facere fidei professionem, prout dicam in ver. fidei professio, Conc. Trid. sess. 25. c. 2. de refor. & Bulla Pii IV. quæ incipit, *in iunctum sub datum Roma anno 564. idibus Novembris, Pontif. sui anno quinto.* sed distinguendum est. Primò, quia provisus de beneficio curato, tenentur à die adeptæ possessionis infra duos menses in manib. Ordinarii orthodoxæ fidei publicè facere possessionem, & spondeant & jurent prout in Bulla. Secundò, provisus de Canonicatib. & dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus bis ad fidei possessionem tenentur, Primò in manibus Ordinarii. Secundò, in capitulo, in quo capitulo, Canonicatus, seu præbendæ possessio suffragetur; Conc. Trid. sess. 24. c. 12. §. *provisi etiã.* Hic autè dubitatur cui Conc. nullam mentionem fecerit de provisus in colle-

collegiatis, vel de beneficiis simplicibus; sed responderetur, super hoc disposuisse in *sess. 25. cap. 2. de refor.* ubi dicit: *Ceteri vero omnes, sive in presenti, sive in futurum beneficia Ecclesiastica habaturi, & qui in Synodo diocesana conveniri debent, faciant fidei professionem: & clarum est, quòd appellatione beneficiorum Ecclesiasticorum veniant omnia beneficia, etiam Collegiatarum Ecclesiarum, etiam simplicia, cap. tua nobis, de verborum signific. clarum est etiam, omnes beneficiatos teneri interesse Diocesano Concil. prout in c. 2. *sess. 24. de refor.* Et ex decreto Congregationis hodie Episcopum non posse dispensare propter studia; Ergò omnes beneficiati tenentur ad hoc.*

Dico quintò, provisì de parochiali Ecclesia per summum Pontificem, non solum ad hæc dicta tenentur, sed etiam ad juratoriam fidei iuramentum, de residendo, prout disponit Pius IV. in *Bulla sua 87. fol. 783.* & aliqui dubitant quòd ad hæc tenentur etiam provisì per Ordinarium, sed hoc, vide in *ver. parochia, §. 8.*

Primum dubium, an locorum Ordinarii possint capere à beneficiatis vel totos fructus beneficii primi anni, vel medios, prout in quibusdam locis fortassis fieri audivi, responderetur, quòd sac. Conc. Trident. *sess. 24. capit. 14.* respondet negativè, nisi ea, quæ priùs convertebantur in usus pios, Selva 3. parte, *quæst. 20. nu. 2.* Dicit quis, quid si illa priùs convertebantur in usum proprium Canonico- rum, vel Episcopi, & modò quia ita non licet, vellet Episcopus, vel Canonici illud, vel quid simile, in usus pios, & non amplius in proprios conferre, an hoc li-

ceat? & videtur quòd sic: quia Conc. videtur concedere, ut possint accipi, modò convertantur in usus pios; ad hoc responderetur ex Nav. *cap. 23. num. 101. prope finem*, ubi dicit hoc non licere, per c. *ex multis, l. q. 3.* & Gom. in *q. 12. col. pen. ver.* *Et ista quæ, de trien. poss. nec Episcopi possunt eos fructus sibi attribuire, prout sac. Congreg. censuit, num. 469.* Dicit quis, nonne dulciaria, vel quid simile possint accipere Canonici, vel Episcopus pro ista missione in possessionem? Sac. Congreg. respondit negativè, *declarat. 295.* Hinc etiam colligitur detestandam esse consuetudinem, sive potiùs corruptelam, ut quisquam presbyter, qui volet admitti ad mensam communem, vel recipi in Ecclesia receptiva, ut solvat quid, per prædicta; sed vide Rébuff, *tit. de requi. ad bon. col. 8. vol. hab. benef. num. 8. Et infra.* ubi habes, an & quando Episcopus possit recipere fructus beneficii pro collatione.

Secundum dubium est, an Episcopus possit conferre beneficia sub conditione, si vacant: ut si Ordinarius habens verisimilem notitiam de morte Sempronii, dicat Titio; Confero tibi beneficium Sempronii, si vacat? Responderetur affirmativè, relictis disputationibus, ita Gom. *q. 1. de verb. notat. gl. in c. 2. de elect. lib. 6. Lapsus alleg. 6. Selva 3. p. 9. 46. Et q. 20. num. 3. in fin. Covar. lib. 3. capit. 16. n. 1. var. resol. Joan. Nico. Gimonteus, de grat. expectat. fol. 380. Et infra,* ubi etiam addit hanc provisionem, seu collationem factam, si vacat, inducere obligationem ipsi permittenti, *tex. in c. accedens, de prabend.*

Tertiam

Tertiū dubiū est, an collatio beneficii facta excommunicato, teneat? Respondet affirmativè, relictis ambagibus, & hoc quoad consensum, non quoad jus acquisitum, quia nunquam acquirit illius jus, per hanc acceptionem, donec absolvatur, decis. Rotæ de concess. praben. in noviss. & decis. 33. in antiquis. & decis. 195. in novis. Covarr. loco citato, num. 4. in fine, Gom. de expectat. num. 60. Selva 3. p. 9. 4. per totum. & num. 23. peculiariter, Staph. fol. 178. nu. 22. Covarr. in cap. Alma mater 1. p. §. 7. per totum, sed ex professo, num. 4. ver. 12. & ex hoc etiam concludit, quòd præsentatio facta à patrono laico excommunicato tenet, si sequatur institutio: licet Covarr. loc. citat. n. 9. ver. 12. idem censeat in laico excommunicato, etiam sicut in clerico, & hæc omnia procedunt in excommunicato, prout in Bulla Martini V. Navarr. capit. 27. num. 31. Sor. 4. sentent. dist. 1. quest. 5. art. 6. vide in ver. excommunicatio. Staph. de lit. grat. fol. 149. num. 8. licet ibidem num. 9. dicat oppositum, illud potest intelligi quoad jus acquisitum, non quoad acceptionem: nam excommunicatus potest omne quid facti, licet non juris, Gom. loc. cit. sed acceptatio est quid facti, sicut & collatio beneficii, & sunt actus extrajudiciales, Gom. in qu. 18. de infirm. resig. col. 3. Boer. dec. 119. num. 1.

Quartum dubium est, quia satis vulgatum est illud cap. si tibi absenti. de prab. libro 6. ubi dicitur, quòd potest Ordinarius conferre beneficia alicui absenti, & interim non alteri, donec ille qui promisit, disenserit, & licet lapsus sit terminus datus ad consentiendum, si tamen

res est integra, potest etiam acceptare, Franc. ibi, & Covar. loc. cit. Abb. in c. accedens, col. 1. de prab. hinc oritur dubium, & fuit in facto: Vacavit quædam Ecclesia parochialis, facto examine per concursum, est magis idoneus electus ab Ordinario, sed quia non ad Ordinarium, sed ad Illustri. Cardinalem pertinebat collatio per indultum Sedis Apostolicæ, ille sic electus adiit ipsum Illustriss. Cardinalem pro collatione cum approbatione Ordinarii more solito, Cardinalis ille remisit electum ad Archiepiscopum cum litteris, quibus collationem illius parochiæ committebat illi Ordinario, quia acceptis litteris, dixit illi electo: Vade, & revertere, quia faciam tibi expediri Bullas; ille interim moritur, dubitabatur per cujus obitum vacabat illa Ecclesia parochialis, quod quibusdam videbatur, quòd non per mortem istius, quia nondum ei erat collatum beneficium: ego autem relictis disputationibus, dixi, & dico, quòd vacabat per obitum illius, quia jam ei erat acquisitum jus ad rem, per illam electionem factam in examine, & per dictum illius Archiepiscopi, Concil. Trid. sess. 24. capitulo 18. §. peracto deinde, & per literas missas ab illo Cardinali ad Reverendiss. Archiepiscopum, quibus committebat collationem illius electi, hoc clarè habetur ex Gom. in 4. parte, de non tollend. iur. quesito, ver. 1. & 5. ubi explicat quot modis acquiratur jus ad rem, & dicam, in ver. ius, & ita fuit conclusum, & sic Illustriss. ille Cardinalis fecit Bullas alteri, cui per obitum illius fuit provisum, facit quod dicit Boer. decis. 24. nu. 9. & c. institutionis, 25.

quæst. 2. hoc tamen fallit in provisione beneficii vacantis. Abb. in c. nulla, n. 2. de concess. præb.

Quintum dubium est, an collatio beneficii possit fieri irregulari. Circa hunc articulum quoad homicidam, dicam in ver. privatio, §. 1. & pro nunc dicitur, quod collatio facta irregulari, ex homicidio voluntario, est nulla, Concil. Trid. sess. 14. c. 7. de refor. sed an sit idem de mutilatore, sive obtruncante aliquod membrum, videtur quod sic: quia eadem irregularitas contrahitur, Clem. unica, de homic. Navar. c. 27. num. 206. notab. 2. §. n. 224. notab. 9. Sot. lib. 5. q. 2. art. 1. iuxta medium, de iust. §. iure. Panor. in c. Clerici, n. 3. de cler. vel monach. §. c. Diaz, in præct. crim. Can. c. 92. sed de hoc, & quoad alias species irregularitatis, vide in ver. irregularitas.

Sextum dubium, an prælatus possit, vel debeat conferre beneficia alicui clerico extraneo sine literis commendatitiis proprii Episcopi? de hoc vide Panor. in c. fraternitati, n. 3. de cler. non resid.

Ad sextum. Quoad primam est dubium; & singulis diebus practicabile, & maxime hodie, per concordiam factam cum Sede Apostolica super spoliis, dubium est, inquam, moritur Clericus beneficiatus in mense Maii, vel in medio anno, in quo jam lucratus est medietatem, vel majorem partem fructuum beneficii, sed quia nondum erant maturi, nihil eorum accepit, petitur, an pertineant ad hæredem pro rata, vel ad successorem illius beneficii? responderetur, hunc articulum tangi à Gimonteo de grat. expect. c. 1. num. 24. Covar. in c. cum

officiis, num. 1. & 2. de restam. gloss. in c. fin. in ver. obitus, de pecul. cler. & Gom. qu. 1. in ult. de trien. poss. & in summa duas referunt opiniones, quarum prima est, quæ dicit inter beneficiatum defunctum & Ecclesiam fieri divisionem pro rata, & parte anni, pro qua subiit onus in Ecclesia: sicut fructuum dotis inter maritum & hæredes mulieris sic divisio pro ea parte anni in qua maritus subiit onera matrimonii, l. divorcio ff. solut. matr. Secunda opinio dicit beneficiatum fructus Ecclesie facere suos, statim ex quo sunt à solo separati, à quocunque, & cujuscunque nomine fiat, ad instar bonæ fidei possessoris, & usufructuarii, licet, nondum sint in horreis reconditi, quia beneficiatus æquiparatur usufructuario, Gui. Pap. q. 110. in l. quid sit, §. qui in alieno. ff. de usufruct. l. si usufructuarius, ff. quibus modis usufruct. & ratio est, quia Clericus est usuarius in morte, & usufructuarius in vita, Afflict. decisio 168. num. 2. sed usufructuarius tunc solum facit fructus suos, cum sint maturi & collecti, & à solo separati, quamvis nondum domi reconditi sint, §. is verò instit. de rer. divis. facit quod notat Nov. de iure protim. §. secundus, num. 202. & infra, ubi dicit, quod fructus pendentes, inter immobilia reputantur, & sunt partes fundi; ergo non competunt nisi dum sint à solo separati, Vinc. de Franch. decis. 168. & decis. 96. ubi multa habentur de fructibus immaturis collectis in fraudem successorum, & Tyraquel. de retract. convent. §. 4. gloss. 5. num. 3. & Vinc. Franch. decis. 19. num. 1. ubi dicit, quod si vasallus moritur post Kalendas

das Martias, omnes fructus illius anni pertinent ad hæredes ipsius, non ad dominum; secus verò, si antè, vide Iser. *in vubr. hic finitur lex, &c. §. iis consequenter, num. 19. gloss. in capitulo si propter, in vers. primi anni, de rescript. lib. 6.* Ad hoc accedit Bulla Julii III. quæ est 9. fol. 504. quæ vult, omnes fructus beneficiorum inexactos, ad successores in beneficiis spectare; & hoc est bene considerandum: nam accidit singulis horis, & momentis, & maximè hodie, per dictam concordiam ipsorum, ob quam successores prætereundere possunt omnes fructus remanentes in beneficio per mortem beneficiati; ego autem censerem cum prima opinione, & illam vidi practicari: nam hæredes presbyteri demortui accipient fructus pro rata temporis servitiõrum, hoc clarè tenet Covar. *lib. 1. cap. 15. num. 12. var. resol.* & idem censeret in renunciante: sed hodie sunt Reverendæ Cameræ Apostolicæ omnes fructus qui in vita non fuerint exacti: & sic vidi servari. Ratio est, quia bona debita, licet nondum soluta & quærenda beneficiatio, post mortem censentur spolia. Navar. *tract. de spol. §. 1. num. 3.*

Quoad secundam partem, regula juris est, omnes fructus beneficiorum obvenientes tempore vacationis, pertinere ad successores. *c. quia sepe, de elect. l. 6. c. si. de offic. ord. eod. lib. Clem. Statuto, de elect. c. quandoquidem, 75. dist. &c. illud quod, 12. q. 2. Boer. decis. 20. Navar. inc. non liceat, 12. q. 2. & in Manuali, c. 27. n. 69. in fine, Gimont. loc. cit. nu. 22. Julius III. Bull. nona, quæ incipit: Cùm scitur; disponit beneficiorum fructus tempore*

obitus beneficiorum inexactos, ad successores in beneficiis spectare: tamen hodie secus est: nam Gregor. III. *Bulla sua 72. fol. 1034.* & Sixtus V. *Bulla sua fol. 1267.* dicunt omnes fructus, redditus, & quæcunque pretiosa decedentium, Ecclesiarum, & beneficiorum prædictorum, usque ad diem præfectionis, & provisionis, seu commendæ ad Reverendam Cameram Apostolicam pertinere. & de beneficiorum Papæ fructibus antea idem Pius V. *Bulla sua 53. fol. 1008.* Pius IV. *Bulla 36. fol. 700.* in regno Neapolitano jam fecerat reservationes dictæ Cameræ à die vacationis quousque de manu Nuncii Apostolici caperetur possessio, & hoc non solum tempore vacationis per obitum, sed si fuerint beneficia malè unita alicui loco, prout puta Seminario, vel malè collata, quia tunc censentur vacare, & hoc accidit in facto Beneventi, prout dicam *in ver. unio, §. 9. Navar. tract. de spol. §. 6. num. 7. & cons. 2. de spol.*

Ad septimum. Mallem esse discipulum, quàm magister, alios audire, quàm quicquam loqui, & de pluralitate beneficiorum satis superque dictum est à sanctis Patribus & Doctoribus variis in locis, & profectò saxeum pectus monerent verba Diaz *in Pract. crim. Can. cap. 42.* tamen in hac practicabilia magis attingam per conclusiones, quas per extensum reperies apud Doctores alios, quos ego citabo.

Sit prima conclusio; per sac. Concil. Trid. *sess. 14. c. 17. de refer.* unum tantum beneficium in posterum singulis conferatur, qualiscunq; sit ille: quòd quidè si ad

tam ejus cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem confat, *capite 25. num. 125.*

Secunda conclusio, quia Concilium loquens de secundo beneficio, mentionem fecit de sufficientia, videtur posse tolerari pluralitas beneficiorum propter tenuitatem ipsorum, prout in *c. eam te, de aetate & qualitate. & ibi gloss. in ver. tenues.* & Navar. *loc. cit.* dicit Concilium tacite approbare dictam glossam, & ideo solet dici, quòd obtinens tria insufficientia, non dicitur sufficienter beneficiatus, Decis. Rotæ 455. *quæ incipit. si Legatus, in novis.* Staph. *loc. cit. fol. 23. num. 6. & 7.* Gom. *de expectat. num. 62.* & hoc comprobatur ex declarat. sac. Congreg. *nu. 25. in meis.* ubi dicitur *habens beneficium simplex sufficiens ad eius dictum, si adipiscatur pacificam possessionem parochialis Ecclesie sibi legitime collata, vacat beneficium simplex.* ex quo infert, quod si non erat sufficiens, vacat.

Tertia conclusio, hinc etiam fit, sac. Concil. non prohibere, ut quis in eadem Ecclesia possit habere Canonicatum cum præbenda & dignitate, & simplex beneficium, Car. in Concil. 3. *quoniam incipit: Domina.* Staph. *de lit. grat. fol. 13. n. 5.* Ratio est; quia Canonicatus cum præbenda & dignitate habentur loco unius. Staph. *loc. cit. fol. 12. num. 2.*

Quarta conclusio, hoc intellige, quando simplex beneficium vel ille Canonicatus non esset per se sufficiens, quia jura abhorrent pluralitatem beneficio-

rum, etiam simplicium, dum unum sit sufficiens, in eadem Ecclesia gl. in *c. dudum, il. 2. in ver. retinere, de elect. c. sanctorum 70. d. gl. in c. cum ad eò, in ver. si dignus, de rescript.*

Quinta conclusio, quòd per illa verba Concilii, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, intelligi debet, sive requirant residentiam de jure communi, de consuetudine vel statuto, Staph. *loc. cit. fol. 73. num. 8.* Gom. *de expectat. num. 45.* Rebuff. *ut. de disp. ratio. aiat. ver. incompat. nu. 5. & 8.* Gemin. in *c. gratia, vers. & studulimum, de rescript. lib. 6.* ubi disputat de residentia beneficiorum, & de eorum compatibilitate, vel incompatibilitate, sufficientia, vel non sufficientia, conformitate, vel non conformitate, quod nota pro praxi quotidiana, & mihi sæpe accidit in consulendo.

Sexta conclusio, hodie per hoc dictum Concilii cessat illud dictum commune Doctorum in *c. literas, de concess. præb. & ibi gl. in ver. vacare, Selva 3. p. 9. 39.* Rebuff. *loc. cit.* quia quis potest habere duo beneficia conformia sub eodem tecto, modò sint simplicia, & non requirant personalem residentiam, & sufficientia, & sic possunt habere locum, Gloss. in *c. 1. 21. q. 1. in ver. necessitatem, gl. in c. sanctorum, 70. d. in fi. gl. in c. gratia, in ver. de jure, de rescriptis, l. 6. & gl. in c. de multa, in fi. de præb. Staph. Gó. Selva *loc. cit. n. 17.* Dico posse habere locum, juxta dicta & normam sac. Conc. secus verò non, quia omnes d. gl. se fundant in tenuitate, paupertate, vel necessitate beneficiorum. Dicit quis, adest declaratio sac. Cong.*

n. 107. ubi dicit hæc verba: *Plura beneficia non possunt obtineri, licet sint simplicia, sic dispensatione Papæ. ad hoc respondetur, illud intelligi in terminis sac. Cong. quando unum esset sufficiens, prout eadem sac. Cong. censuit, superius decl. 70. ibi relata, & potest quis habere plura beneficia simplicia, personalem residentiam non requirentia, usque ad competentem tamen sustentationem, Nav. consil. 10. n. 2. de prabend.*

Septima conclusio: Episcopus non potest dispensare, ut quis habeat duo beneficia simplicia, quorum alterum sit sufficiens, nec, si non sunt sufficientia; & requirunt residentiam personalem prout supra. Ratio est: quia Episcopus non potest dispensare supra Constitutionem conciliarem, *Clem. Ne Romani, de elect. Doct. in c. 1. de bigam. lib. 6. & sic cessant quæ dicit Staph. loc. cit. f. 73. n. 8. & habent locum quæ dicit ibidem, n. 9. imò nec legati à latere Cardinales dispensant super vel contra conciliares Constitutiones. Gem. in c. deliberatione. §. prohibemus, notab. 3. de offic. leg. lib. 6. per text. & ibi gl. in c. dilectus, in ver. non obstante, de filius presbyt.*

Octava conclusio, quænam dicantur beneficia simplicia sufficientia, ad sustentandam vitam, hoc opus, hic labor est, quia Juvenalis ait: *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* & Ovidius, *quod plus sunt poræ, plus sitiuntur aqua.* & Horatius, *Nemo sua sorte contentus.* & D. Hier. in cap. *Diaconi* 93. d. & in cap. 1. 44. distin. & Diaz. loc. cit. Selva & Gloss. in c. dudum, ilsecundo, de elect. tamen dicitur primò ad evitandum peccatum mortale

simplici clerico sufficere tale beneficium, quod non sufficit nobili, & literato, *cap. de multa in fine, de prabend. gl. in c. cum ad id, de rescrip. in ver. sufficientem, & in ver. si dignus. Staph. loc. cit. fol. 10. num. 2. gloss. in c. Cler. 21. q. 1. Staph. loc. cit. fol. 45. num. 4. Gom. de expect. num. 107. Navar. c. 25. num. 125. num. 128. & ad sciendum sufficientiam beneficiorum, Gunon. de expect. cap. 5. num. 25. usque ad 27. dicit beneficium dici insufficientem, si non ascendat ad summam 200. florenorum, anno, & hoc colligitur ex §. quod si quis, tit. de collat. in prag. sanctionum, quæ summa est 200. ducatorum de Camera; sed circa hoc cum non possit dari certa regula, quisque formet conscientiam suam, & si habet plus quam ei sufficiat, sciat se esse in peccato mortali, prout gl. cit. in c. dudum, & Doctor. citati, vide Host. en. in sum. titulo de rescrip. n. 25. & in tit. de prabend. §. cui sit conferenda, num. 3. Caputaqu. decis. 95. ubi dicit, quod beneficium valoris 25. ducatorum computatis distributionibus non dicitur sufficiens, & sac. Congreg. declar. 250. censuit, quod habens Canonicatum & duo simplicia beneficia, quorum omnium annui redditus secundum communem æstimationem non ascendunt ad summam 12. ducatorum non prohibetur à Concilio Tridentino, quin ea omnia retinere possit: scilicet etiam quod notat Gem. in cap. fin. vers. si vero, prope finem, cap. de offic. leg. lib. 6. ubi de sufficientia & insufficientia beneficiorum per bellè tractat ex Lapo: hinc oritur dubium, si quis habeat duo, vel tria beneficia requirentia Missarum celebrationem, & sunt insuf-*

ficientia, prout sunt quædam Altaria seu Capellaniæ, an requirant personalem residentiam, & ideo non possint simul obtineri, cum sit contra formam Concilii? & videtur quod istæ Capellaniæ, quæ requirunt Missarum celebrationem, & quæ dantur in titulum, & sunt beneficia servitoria, prout supra, requirunt residentiam, & quod debeant beneficiati per se ipsos missas celebrare. Ratio est, quia eligitur industria personæ, *cap. is cui, de offic. deleg. libro 6. & capitulo ei cui, de prebend. eod. libro capitulo fin. §. ceterum, de offic. deleg. extra. Gom. tract. de man. de provid. numero 116. Maran. in 4. part. distinct. 5. num. 69. Gom. in capitulo, statutum, numero 64. de rescript. lib. 6. capitulo, ei cui, de prebend. libro 6. & ut Staph. dicit, loc. cit. fol. 17. & 18. numero 6. & 7. infra, Canonicus non potest simul cum Canonicatu habere beneficium servitorium, sed huiusmodi Capellaniæ sunt tales; ergo, &c. Ad hoc respondetur per conclusiones, & sit prima conclusio ista; beneficia requirentia Missarum celebrationem, non requirunt residentiam personalem, prout dictum est supra de beneficiis simplicibus. Primum patet per ea, quæ dicit Staph. fol. 74. numero 1. & 2. ubi dicit ex mente Card. in Concilio citato, quod potest quis habere Canonicatum cum Capellania, quia non sunt incompatibilia de jure in eadem Ecclesia: sed non potest habere beneficium servitorium, idem fol. 18. numero 6. & infra. Ratio diversitatis est, quia Capellaniæ solum habent onus celebrandi Missas, & sic non detrahunt à servitio Canonicatus, sed be-*

neficium servitorum, sic quia habet plus oneris quam Capellaniæ, prout patet supra, §. 1. ver. 3. Secunda conclusio; hodie dictæ Capellaniæ per consuetudinem non solum non requirunt personalem residentiam; sed potest beneficiatus Capellanus in eis per alium deservire, & sic non tenetur personaliter residere; Lopus allegat. 39. quæ incipit: Verum absque dispensatione, ex Inn. in cap. ex tunc, ver. item oportet, de cler. non resid. Selva 4. p. 9. 2. num. 9. versic. postremo, variar. resol. & numero 3. Conclus. 1. circa fin. Abb. in c. quia nonnulli, numero 7. de cler. non resid. Tabien. in ver. beneficium, 3. §. 20. Artil. ver. Beneficium num. 83. idem sacra Congreg. censuit in meis, numero 143. in hæc verba: Obtinens beneficium, quod sit simplex, & sine cura animarum, & extra Ecclesiam Collegiatam, nec personalem residentiam ob aliam causam requirens, non tenetur in eo residere: sed ad inserviendum illi per alium, qui probatus sit ab Ordinario; ex qua declaratione, & etiam ex mente Concilii, & Congreg. potest habere quis Capellaniam talem, etiam extra Ecclesiam, in qua habet Canonicatum, per eandem rationem. Probatum ultimum ex deductione ad impossibile, quia si quis haberet duas, vel tres Capellantias requirentes Missarum celebrationem in diversis diocæsis, esset impossibile posse eum personaliter ibi celebrare; ergo potest per alium, Abb. in c. extirpanda, §. qui verò num. 3. de preb. & idem censuit sac. Congreg. in meis, numer. 201. Inno. in c. Clericus, n. 2. de cler. non resid. Tertia conclusio fallit, quã-

do dicta Capellania fuisset fundata ab aliquo cum hac conditione, ut qui eam voluerit obtinere, per se dictas Missas celebrare debeat, vel quod sit in tali ætate, vel Sacerdos, Rebuff. *pract. benef. in 3. par. for. sign. super clausula, nec non juris patronat. n. 44.* nisi ad hoc accesserit voluntas patroni, ut non sit presbyter, *ibidem n. 46.* idem si per statutum, vel consuetudinem requireret personalem residentiam, Staph. *fol. 73. num. 8. c. ei cui, de præben. lib. 6. fol. 183. n. 2.* hoc tamen fallit, nisi adit clausula, non obstantiarum, quia tunc per illam cessat statutum, modò sit ætatis legitimæ, etiamsi non sit presbyter, *decis. Rotæ 3. in noviss. Caputaqu. decis. 127. numero 2. par. 1.* Quarta conclusio: in Capellania requirente Missarum celebrationem simpliciter potest beneficiari etiam Clericus, qui non sit actu Sacerdos, cum possit per alium deservire, Selva, Tab. & Armil. *loc. cit.* fallit, quando, vel ex fundatione, vel statuto, vel consuetudine requiritur, quod sit actu sacerdos, Doctor. *locis cit.* Rebuff. *in tit. de requis. ad collationem bonam, numero 35.* Quinta conclusio, quid si fundator vel statutum, vel consuetudo dicat, sit Capellanus vel sacerdos, an requiratur quod sit actu sacerdos, vel sufficiat, quod sit clericus; & primò videtur quod sufficit, quod sit clericus, *per c. inter ceteras, & ibi gl. in 2. notab.* ubi facit regulam, quod in disiunctivis, vel alternativis sufficit probare unum, vel alterum, & sic illud adimplere, facit gl. *in c. ex parte, il. 1. in vers. & perpetuo, de rescrip. Staph. loc. cit. fol. 22. n. 5.* Decis. Rot. 7. *de rescrip. in noviss.* ex alia parte videtur requiri, quod sit actu Sa-

cerdos, *per d. c. ei cui.* & dictio sive, seu, vel, non semper dicunt disjunctionem, sed aliquando augmentum, & paritatem, prout *in l. si quis ita, ff. de aur. & arg. leg.* & hoc pro singulari commendat Cepolla *in singulari 56. incipiente, Lego Digestum,* ubi dicit, quod si testator legat Digestum, sive Codicem, quod utrumque debetur, ita ponderat illum tex. Romanus *in conc. 363. col. 2.* Alex. *in cons. 193. lib. 2. col. 2.* & aliquando dicta dictio ponitur declarativè, prout *in 6. nulli, de reb. Eccl. non alien.* & Gom. *in c. statutum. n. 21. usque ad 25. de rescrip. lib. 6.* & aliquando disjunctiva resolvitur in copulativam, Bar. *in l. penult. de verb. signif. Boer. decis. 214. n. 4.* vide Cov. *lib. 2. c. 5. n. 10. variar. resol.* & pro secundo dicto fuit sententiarum in simili casu in Archiepiscopali Curia Compzana, & ultra prædicta addebatur causa favorabilis favore Ecclesiæ, & animarum, quia melius & tutius est Capellis hujusmodi deservire per Sacerdotes, quam per simplices Clericos. Nec urget regula, *Qui per alium,* quia illa est fictio juris. Sexta conclusio; potest quis habere Canonicatum cum præbenda, & dignitate, quando sunt omnia ista tria annexa, & insufficientia, & alium Canonicatum insufficientem non requirentem personalem, ut quia est in Ecclesia diruta, sic etiam parochialem dirutam pari modo, prout in Cathedralib. vel collegiatis, & parochiis translatis, vel unitis, vel per carentiam populorum dirutis, vel quia non possunt reparari propter tenuitatem fructuum, *gloss. in c. licet Canon, in ver. parochialis, de elect. lib. 6. & Conc. Trid. sess. 20.*

sess. 20. c. 7. de refor. & sic potest quis hodie habere unum beneficium Curatum, vel requirens personalem residentiam, non sufficiens, & aliud simplex sufficiens, vel non sufficiens, modò hæc duo simul faciant unum sufficiens. Ratio est, quia concurrunt requisita à fac. Conc. quòd est sufficiens, vel non sufficiens, & non requirit personalem residentiam, Gom. *de expect. n. 44.* Staph. *loc. cit. fol. 6. n. 4. § 5. & infra.* Jo. And. *in c. literas, de concess. præb.* Panor. *in c. jam dudum, eo. tit.* Septima conclusio, per hæc non potest quis hodie, nec antea habere Canonicatum simul cum Ecclesia parochiali, nisi sint annexæ illi præbendæ vel Canonicatui, per eandem rationem, Conc. Trid. *sess. 22. c. 3. de refor.* & dicam *in ver. distributiones quotidianæ, §. 3.* Ratio est, quia parochia requirit personalem residentiam, per jura communia, & vulgata, *cap. licet Canon, c. commissa, c. cum ex eo, de elect. l. 6.* Conc. Trid. *sess. 23. c. 1. §. eadem omnino, de refor.* Similiter Canonicatus requirit personalem residentiam, *Clem. si. de præb.* Francus *in c. cum Ecclesia, in gl. 3. in fi. de præb. lib. 6.* Pius V. *Bulla 64. fol. 121.* & ex iis patet responsio ad quæsitum, quicquid dicat Rebuff. *tit. de dispensat. rat. atat. n. 8.* & Conc. Trid. *sess. 24. cap. 12. §. præterea, de refor.* Navar. *conf. 12. de cler. non resid.* ubi habetur, Canonicatû requirere residentiam. Octava conclusio, dignitas Archidiaconatus est incompatibilis cum beneficio curato. Barbat. *conc. 58. col. pen. ver. capio nunc ultimam, in 1. vol. Boer. decis. 296. num. 14.* & idem censet de personatibus & aliis dignitatibus, idem

ibidem n. 10. Hoc intellige, quando illud beneficium curatum non esset annexum dignitati, personatui, vel officio, quia si esset annexum, posset illud beneficium curatum simul cum dicta dignitate, personatu & officio retineri, per dicta *superius conclusione 7.* & Gemin. *in cap. 1. vers. si queritur, an possit, de consuet. lib. 6.* ubi dicit, quando potest quis habere præbendam, & Ecclesiam parochialem annexam, per *c. super eo, de præb.* Nona conclusio; Episcopus poterat de jure antiquo dispensare, ut quis haberet plura beneficia simplicia. Rebuff. *tit. de dispensat. ad plur. benef. n. 29. & infra,* sed hodie non esset opus ista dispensatione, cum Conc. loco cit. permittat pluralitatem beneficiorum simplicium insufficientium, ultra potest Episcopus dispensare, quia est constitutio Conciliaris. Decima conclusio, nec potest quis habere parochialem in commendam, & aliud beneficium in titulum, vel econtra, Caputaqu. *decis. 145. p. 1.*

Ad Octavum. Quibus conferre debeant? Respondetur per paucis (sed habeantur pro non dictis, quia non observantur) primò, conferri debent personis dignis, non solum scientia, sed etiam bonis moribus, prout patet *superius §. 6.* & collatio facta indigno, non dicitur Canonica. Rebuff. *loc. cit. in cap. Canonica institutio qua dicitur numero 5.* Secundò, debent conferri magis incolis, quam exteris, Sylv. 2. *p. q. ult. cap. penult. num. 34. cap. bona memoria, il 2. iuxta finem, de postulat. prælat.* Gom. *in q. 1. reg. Cancell. de idiomat. gloss. in Clem. unica, in ver. repererint, de offi. deleg.* Staph. *loc. cit.*

cio. fol. 73. num. 25. Covar. pract. qq. c. 35. num. 5. § 6. Sor. lib. 3. qua 7. artic. 2. de iust. & iure. & videant locorum Ordinarii, Rebuff. fol. 26. n. 62. imò falsa expressio diocesis impetrantis, causat surreptionem impetrationis. Rebuff. in 3. p. signat. in ver. Diocesis. Tertio, beneficium non potest conferri laico, c. ex literis de transact. Conc. Trid. sess. 23. c. 6. de refor. quicquid dicat addit. ad Dylum, in c. 1. de reg. jur. lib. 6. ex Friderico de Senis, in consi. 127. quod incipit. Casus talis. in §. 5. ver. dico tertio, in fine add. vide Dyn. in c. 1. n. 28. de regul. jur. lib. 6. § addit. ibi in ver. Vicarius. Quarto, nec clerico conjugato, etiamsi duxerit unicam, & virginem; nec obstat, c. Joannes, de cler. conjug. quia gl. ibi in ver. beneficium, & Hostien. ibidem aliter intelligit, nec potest ei conferri pensio, Pius V. Bull. 71. qua incipit sacrosanctum. Quinto, nec illi qui contraxit matrimonium per verba de presenti, & postea promovetur ad sacrum ordinem, non dirimitur matrimonium ratum, & sic cum teneatur ad matrimonium, non est capax beneficium, a. unico, de voto, lib. 6. Extravag. Joannis XII. Cap. Tolo. q. 361.

Ad nonum. Et est communis sententia, rejectis multis quæ pro & contra possent dici. Respondetur, posse Episcopum extra suam diocesim existentem, conferre beneficia vacantia in sua diocesi, gl. in ca. p. statutum, in ver. in remotis, de preb. lib. 6. § in cap. novit, in ver. Terminos, de offic. leg. § cap. post electionem, de concess. preb. Selva 3. p. q. 40. § 2. p. q. 14. n. 8. additionator ad dec. 7. Rotæ, de offic. Vic. num. 3. in noviss. Gom. in c. 2. § statuto,

num. 61. lib. 6. de const. licet hoc negerit Vicario Episcopi, § in q. 3. in reg. de non jud. iuxta for. suppl. Etiamsi Episcopus esset in curia, licet melius faceret, si quando vellet conferre, exiret ab urbe, & extra illam conferret, ad hoc, ut dicatur esse in aliena diocesi, § decis. 1. de rerum permut. in noviss. fallit, quòd non posset conferre beneficia vacantia, per c. statutum, quia illorum collatio requirit quòd Episcopus sit in sua diocesi Covar. lib. 3. c. 20. num. 9. var. resol. ubi plus dicit, quòd nec resignationes, nec permutationes beneficiorum suarum diocesum potest in Curia recipere, vel admittere, quia tunc dicerentur vacare in Curia, & ipse postea admissa resignatione, vel permutatione, non posset providere, per c. 2. lib. 6. sed Rebuff. loc. cit. de for. Vic. n. 227. non solum in Episcopo, sed etiam in Vicario hoc admittit, ut possit conferre extra diocesim, si ad hoc habet speciale mandatum, per c. si. de offic. Vic. lib. 6. & dicam in ver. Vicarius, Boer. decis. 30. Cappyc. dec. 203. n. 16. licet hoc limiter in contradictorio iudicio, per ea, quæ dixi in ver. absolutio, §. 8. Ratio est: quia extra diocesim non habet jurisdictionem, quæ requiritur in contradictorio iudicio, & sine hoc, collatio beneficium est jurisdictionis voluntariæ, prout patet vulgaribus iuribus, vide Rebuff. loc. cit. de miss. in possess. ubi habet multa, quæ sunt necessaria ad ipsam possessionem juridicè capiendam, quæ si non observentur, periculum est de intrusione, prout dicam in ver. intrusus, vide etiam Staph. loc. cit. fol. 139. usque ad fol. 187. ubi declarat clausulas apponit solitas in fine Bullarum, &

quonam modo intelligatur quando inveniretur obstaculum in capienda possessione.

Ad decimum. Vide Abb. *in c. auctoritate*, num. 9. de *instit.* ubi utitur his verbis: *investio te de tali beneficio*, licet possit uti aliis verbis, confero, do, trado, consigno, & similibus.

B U L L A.

S U M M A R I U M.

- 1 Diximus in materia beneficii, §. 6. d. 3. quod Bulla sine necessaria collatione beneficiorum, & ordinum collatione, ideo pro practica praefero primo, an in omnibus beneficiorum collationibus requiratur Bulla.
- 2 Quando Bulla dicantur expedita.
- 3 Quid si deperdantur.
- 4 Quid si fiat collatio beneficii alicui ab aliquo Prælate, vel à summo Pontifice, & morte intercedente, non perventum sit ad Bullarum confectionem.
- 5 Quando beneficiatus teneatur eas ostendere.
- 6 Quid si moritur sola supplicatione expedita à summo Pontifice, an dicatur beneficium vacare per obitum illius, qui dictam supplicationem pro se expeditur.
- 7 Quid solvendum sit pro expeditione illarum.
- 8 Quid contineri debeat in Bullis.

AD Primum. Conclusio est, quod in omnibus beneficio, collationibus, requiratur Bullarum expeditio, non quoad essentiam gratiæ, & collationis, sed quoad probationem, *cap. institutionis*, & *ibi gl. 25. quest. 2.* & *Fel. in cap. eam te,*

*2. de descript. Selva 3. p. 9. 22. num. 3. gl. in Clem. dudum, in ver. verbo, de sepul. Bal. in l. humanum, C. de leg. Joan. And. in proem. lib. 6. Selva 1. p. 9. 2. n. 34. & 2. par. 15. Covar. lib. 3. cap. 16. num. 1. var. resol. Gom. de expect. num. 17. Staph. fol. 203. v. 10. hoc tamen fallit in gratiis, & collationibus factis à Papa, quæ nullo modo valent, literis non expeditis, Gom. in quest. 1. & 9. in regul. de non iud. iux. for. suppl. Ratio est, quia Papa, faciens gratiam, vel conferens beneficium, intelligitur levatis Bullis, seu expeditis literis, & Staphil. *loc. cit.* & rationis est: quod gratia Papæ dicitur in formis, & imperfecta, & adhuc existere in utero, ante literarum expeditionem, pro quarum confectione postea acquirit formam, & perfectionem, & editur in lucem, decisio. Rotæ 20. de concess. praben. in novis, ubi habetur, gratiam non valere literis non expeditis. Adest regula Cancellariæ de hoc, & Bulla Julii III. quæ est. 33. fol. 434. Nec gratia suffragatur, vel probatur in foro exteriori, nisi expeditis literis. Gom. in quest. 1. in dicta regula. Adest *Extravagans prima sub tit. de elect.* ubi prohibetur, aliquem habere beneficium non levatis Bullis, quam Gom. dicit solum locum habere in beneficiis conhistorialibus, in quest. 5. in regula. tamen Bulla Julii III. extenditur ad omnia beneficia obtenta in Curia, Selva 3. p. 9. 11. n. 5. & quest. 22. numero 1. & Gom. dicit, quod qui intrat possessionem beneficii, literis non expeditis, perdit omne jus, nec sola supplicatio, sive gratia sine literis dat canonicum titulum. Gō. quest. 1. ubi sup. Fel. in *circvenies*, fol. 2. de *acc.* & hoc extend. etiã ad*